



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. Lib. Vndecimi sunt XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

JOANNIS  
AZORII LOR-  
CITANI E SOCIE-  
TATE IESV,

*I N S T I T U T I O N V M  
M O R A L I V M  
Pars secunda:*

**LIBER VNDECIMVS.**  
De Regibus & Principi-  
bus.

## CAPVT L.

*De Regum Origine, officio, & po-  
testate.*

Xtra libellus Durandi, in quo tractat de origine iurisdictionis, & in questione prima agit de origine Regie potestatis. Ioannes Parisiensis Dominicanus, edidit Tractatum de Papali, & Regia potestate, sed causa legendus est, vt qui Imperatoriam potestatem contra Pontificiam vbiique defendere, cap. I. agit de Regio Principatu.

Primo quartit, Quo iure Reges sint instituti? Respondeo, esse distinguendum: Aut enim sermo est vniuersim, seu generatio de Regibus: aut speciatim de his, vel illis Regibus. Si generatim loquamur, Reges iure Gentium sunt instituti. I. Ex hoc iure, *ff. De Inistitia & Iure*, legimus sic: *Iuregentium sunt instituta dominia, & regna constituta.* Vnde Cicero libro tertio de Legibus: *fine Imperio, ait, nec domus villa, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersus genus stat, nec rerum natura omnis, nec ipsi mundus potest.* Auglib. 4. contra Iulianum c. 12. sic ait: *Tullius lib. 3 de Republica: An non, inquit, certius optino cuique dominatum ab ipsa natura cum summa vilitate infirmorum datum?* Aristot. lib. 3. Pol. c. 4. dicit sic: *Hominem eis natura a civile animal exposuit: ac proinde homines etiam si ope mutua nibil indigant, tamen nobile feciunt ad coniunctum esse propinquos.* Sed & publica quoque communitas facit, ut homo in locum unum convenient, prout quisque potest reple vivendi participes esse. S. Thom. lib. 1. de Regime Principum cap. 1. *Naturae est, inquit, homini, ut in societate multorum vivat, & necesse est esse in hominibus, per quos multitudo regatur.* Nam cum unuquique sed, quod sibi est congruum prouident, multitudo in diversa dispergitur, nisi sit qui boni communis curantur. Vnde Salomon ait: *Vbi non est gubernator, dissipabitur populus.* Oportet igitur ut prater id quod mones ad proprium bonum uniuersusque, si etiam aliud queat ad bonum commune multorum: propter quod in omnibus, quae in unum ordinantur, aliquid inservit, quod alia regat. Idem profructus docet Aegy. Romanus tract. de regim. Principum, lib. 2. par. 1. cap. 1. Plato in Protagora: *Congregati homines, ait, sibi inueni me nobant, se inueni in iuriis, & dannis affiebant: quare disperi, ut erum a fieri lacerabantur.* Necesse igitur fuit, ut congregati in officio per unius imperium contingerentur. Vnde S. Thom. in Math. c. 12. *Tertia, inquit, communitas est regni, qua est communitas consummativa.* Quia enim nisi esset timor hostium, non posset per se una ciiusvis subsistere: ideo propter timorem hostium, necessaria est communitas ad plurimum ciuitatum, quae faciunt unum Regnum. Chrysost. in c. Isaiae. Nihil unquam est intratibialis Republica, qua vacat principatus: quemadmodum neque periculisque quidquam est navi suo gubernatore destituta. Idem ad popu-

lum Antioch. hom. 6. Si Principes de Civitatis absterueris, se-  
ris irrationabilis similem irrationabilem degeneris vitam, in-  
ter nos merdenter, & nos deuorantes, pauperiorum poterint man-  
suetudinem audiatur. Scenæ lib. I. de Clementia, Imperium est  
vinculum, per quod Respublica coharetur: & spiritus vitalis, qua-  
tus millia trahunt, nil ipse per futurani vnuis. Et prædicta similitudine  
illa Imperii subtrahatur. Est imperium virginalia Circæa quo  
tracta fera, hominesque mitescunt, quæ seruos obediens facit,  
vbi non est hoc formam entum omnia ruunt, diffluunt omnia, u-  
bi non est hoc vinculum.

Ex his igitur perspicuum est natura duce, regna esse constituta, creatos Reges, ut essent alij alicuius priores, & posteriores essent, qui præfiderent, & qui subessent, qui impetrarent, & qui parent: sicut igitur naturæ instinctu homines congregati sunt, & ita ciuitas est constituta: si plures ciuitates, natura duce, in unam prouinciam conuenere, quæ se se inicem tucentur, & ita regna orta, & instituta sunt. Duran. lib. citato q. 1. Ioan. Parvens. Dominicanus tractatu predicto. cap. 1.

Si vero sermo sit speciatim de his, vel illis Regibus, iure ciuili, non naturali sunt instituti. Singula enim ciuitates, vel prouincia, hos vel illos Reges sibi delegerunt. Quemadmodum ergo iuregentium sunt vniuersitatem dominia distincta, quod vero hæc res sit mea, illa tua, humanis legib. factum est: si ciuium generatum, quod regna sint, sive Reges, iuregentium factum est; quod vero hi, vel illi sint Reges, fecit electio populorum, sive ciuitatum.

Obijcies, paulum ad Romanos 13, dicentes: *Non est enim potestis nisi à Deo: que autem sunt, à Deo ordinata sunt.* Itaque qui resiliunt possestat, *Dio ordinatione resiliit*, & I. Pet. 2, dicitur, *Subiecti etsote omni humana creature proper Deum*, si Regi quis pacellent, & Proterv. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Et cap. Ad hoc, d. Iust. & 89, legitur: *Ad hoc differentiationis divini & prosuui gradus diuersos, & ordines constituit, ut dum reverentiam minores posteriores exhiberent, & potiores minoribus dilectionem imponenderent, viva concordia fieret, & ex diversitate contextio, & recte officiorum generatur administratio singulorum:* Ergo iure diuino, non humano sunt instituti Reges & regna. Respondeo, solum hoc argumento concludi, Reges quidem esse à Deo, non tamen proxime, sed per electionem populorum, vel ciuitatum: ac proinde quod reges sint & regna, id iuriscentium est, sive naturalis, non diuini: nam diuinis iuriis esse dicimus, quæ Deus per seipsum proxime constituit, vel fieri iubet: iuriis vero naturalis, sive genitum sunt ea, quæ Deus per naturam, sive per communem gentium consensum & placitum statuit & decreuit. Aliquis vero Reges, vel Principes Deus per seipsum iussit constitui: sic Moysi datus est principatus à Domino in populum Israheliticum, & deinde Ioseph, & quibusdam alijs iudicibus, hoc est. Populi administratoribus: ita datum est etiam regnum Saul, & Davidi. Nam quamvis Samuel eos vnxerit, id fecit iussu & nomine Dei.

Secundo quæteritur, An Reipublicæ sit vtilior principatus vnius, quam paucorum, vel multorum? Verus admodum est quæstio à Philosophis, & legumimotoribus diu multum quæ agitata, vtrum inclusi sit Rempublicam administrari & regi per viuum, An per paucos, vel per multis? Quorunque de Republica scripserunt, tria Reipublicæ gubernatione genera tradiderunt. Aut enim Rempublicam gubernat vnuus, aut pauci, aut multi. Principatus vnuus Graece dicitur Monarchia. Latine Regnum: Principatus paucorum duplicitur appellatur: aut enim dicitur Aristocratis, hoc est, Optimatum principatus, sive administratio, sive Imperium: Aut Oligarchia, hoc est, paucorum principatus, apud Aristotelem vero in Politicis Aristocratis in bonam, Oligarchia in malam partem accipitur: quoniam Aristocratis est, cum pauci, sed boni tamen & ob commune Reipublicæ commodium gubernant. Oligarchia vero, cum pauci, sed diuites, seu potentes; nec ob commune, sed ob priuatum suum bonum Rempublicam administrant. Principatus multorum dicitur Democrazia,

hoc est, Popularis principatus, sive status: Et Polyarchia, id est, multorum principatus: quamvis apud Aristotelem in Politice Democracy malum sonet, nimurum quia illi, cum multi gubernant, & communis Reipublicæ utilitati consilunt, vocat huiusmodi administrationem Politicam, quasi dicas ciuilis gubernationem, sive Rempubli-  
cam. Cum vero multi regunt, & suis tantum priuatis com-  
modis prospiciunt, Democracy appellat. Et ideo i-  
dem Aristoteles tres bona Reipublicæ administrandæ  
formas, dicit in tres malas nonnunquam euadere, &  
degenerare: Videlicet, Monarchiam in Tyrannidem: A-  
ristocratiæ in Oligarchiam: Politicam in Democrati-  
am.

His positis, extat apud Herodotum lib. 3. Disputatio in-  
ter septem Optimates, qui post mortem Cambyses Regis  
Persarum occiderant Smerdin magnum, qui per tyranni-  
dem Regnum Persarum occupauerat, vitrum melius esset  
rem Persicam per unum Principem gubernari, an per pau-  
cos, an per multis: hoc est, An inter tres Reipublicæ ad-  
ministrandæ species omnium optima esset Monarchia? Orans magis Democracy probabat, hoc est, Popula-  
rem principatum. In primis, quia cum vnuus præfet & do-  
minatur, omnia pro libidine impune facit. Deinde omni-  
bus inuidet, insolentior fit: que duo, inquit, mala, inuidia  
scilicet, & insolentia, innumera alia mala pariunt. Prete-  
rea Monarchia optimos quoque odit, pessimos amat, di-  
uites & potentes deprimit, & deiicit, inde calumniae &  
criminationes in bonos nascuntur, inde bonorum exilia,  
& neces. Adde, quod si Principem aut Regem sive mode-  
ste laudes, & miretis, offenditur, quod non effuse ipsum  
commendes: sive immoderata id facias, indignatur, tan-  
quam ipsis affenteris. Accedit, quod facilis est vnuus  
corrumpti, quam multis. Plus vident & sciunt multi quam  
Vnus. Quid si Monarchia incidat in amentiam, & infani-  
am. Denique Monarchia quicquid liber, id sibi licet facere putat: ac proinde iura patrie labefactat, scimus  
vnuus affert: stupra & adulteria committit, fontes abfol-  
uit, infantes condemnat: At cum popularis est principa-  
tus, est iustitia, hoc est, pulcherrima iustis, & ciuiis, ho-  
norum, & dignitatum æqualitas, quia populus imperat ipse, & patet. Magistratus ipse etiam populus eligit & cre-  
at: administrationis ratio exiguit, & redditus: omnia  
consilia in commune referuntur. Megabissus Oligarchiam,  
sive Aristocratiæ, hoc est, ut supra diximus, paucorum,  
sive bonorum, principatum magis commendabat, Monarchia & Democracy improbat. Monarchia qui-  
dem, quia sepe in tyrannidem degenerat. Democracy vero,  
qua popularis multitudo non raro furor & insania,  
tumultus excitat, seditiones & factiones fouet, nimia  
licentia tranquillitatem corruptit: Magistratus contem-  
nit, & despicit, & quisquis in ea pro arbitrio & libidine  
sua vivit: nihil itidem est ea insipientius. Item Populus si-  
bi non constat, in studia incerta, dubia, & varia diuidit,  
& longe maior est populi saevitia, quam Principis:  
At vero cum Optimates gubernant, recta consilia dant,  
bono communi prospiciunt, prudentia, & virtute vi-  
gent.

Darius Hystraspis filius tertio loco sententiam dixit: &  
improbata Democracy, & Aristocratiæ, Monarchiam,  
hoc est, Principatum vnuus maxime laudauit: quia ex Democra-  
tia dissidia, similitates & factiones oriuntur: Ari-  
stocratiæ vero sepe in Democracy defecit ac desinit: At  
cum vnuus tantum præfet, & imperat, tumultus sedat, sedi-  
tiones & factiones extinguunt, hostes repellit, pacem & con-  
cordiam tuerit, ciuium libertatem conferuat, charitatem  
& amicitiam fouet. Hac illi sapientes apud Herodotum.

Ex trib. illi rerum publicarum formis, Monarchiam esse omnium optimam, omnes Philosophi, & Legum la-  
tores communi sententia prodicerunt: Aristoteles in libro  
ottavo Ethicorum ca. decimo. Plato in libro de Republica, Plu-  
tarachus in libello, de trib. Reipublicæ generib. Xenophon, So-  
cates, Dion, Philostratus.

Ex iure ipso ciuili habemus, pacatus, facilius, & com-  
modius res per vnum, quam per plures geri, & expediti.  
Nam in l. Necessarium. §. Nonissime. ff. de Origine iuria. dicitur  
Nonissime sicut ad pænæ iuriis consueta via transiſſe ipsiſis  
rebus dicti antibus videbatur, per paucos denuntiavit, ut esset necesse  
Reipublicæ per unum consulii. Nam Senatus non perinde omnes  
provincias probe regere poterat. Igitur constituto Princeps datum  
est ei ius, ut quod constituisse, ratum esset. Et in l. Si plures. §.  
Apparet. ff. de administrat. Et pericolo tutorum, habetur: Ap-  
paret igitur tuori cura, fuisse ne tutela per plures administretur,  
quippe et si pater non definaverit quia gerere debet, id tamen  
agit, ut per unum administretur. Sane enim facilius unus  
tutor & actiones exercet, & excipit, ne per multis tutela farge-  
tur.

Quibus in locis Accursius, Albericus, & alij Juriscon-  
sulti, Monarchiam esse optimam Reipublicæ admini-  
strandæ rationem, & formam testantur. Sanctus Thomas  
libro primo, de Regimine Principum. c. primo, & Egydius Ro-  
manus Philosophus & Theologus insignis in tractatu, de  
Regimine Principum, lib. tertio, parte secunda, c. tertio. Quar-  
to, inquit, rationib. probatur, commodius esse Rempu-  
blicam per unum, quam per plures administrari. Prima  
ratio sumitur ex pace & concordia, qui est Reipublicæ si-  
nis: nam quo plures sunt, qui gubernant, eo magis morib.  
& volentie dissident. Vnde illud:

Velle suum cuiq. est, nec voto viuisco vno.

Secunda ratio dicitur ex ciuili potentia, quæ est ad ciues  
tuendos, & conservandos necessaria: at virtus, facultas, si-  
ue potestas quo magis vniuersa, est robustior, & fortior. Tertiæ  
est ex ipsa natura: nam ubicumque naturaliter multa  
reguntur, est vnuus quod cetera regit. In corpore anima-  
lis est, vnuus cerebrum, à quo sensus discuntur vnuus cor,  
a quo omnes corporis motus pendunt: vnuus caput, à quo  
cetera membra diriguntur. Sic in mundo vnuus Sol, qui  
præfet die: vna Luna, quæ præsidet nocti: vnuus primum  
caelum, & vnuus primus motus, à quo reliqui caeli, & mo-  
tus conservantur. Apes vnuum Regem agnoscent: & grues  
vnuum dicem sequuntur: vnuus est dux in gregibus, & in  
armatis duotor vnuus. Sumitur quarta ratio ab ipsa experien-  
tia. Experimur enim, ciuitates, & provincias, quæ sunt  
in vnuus potestate, pace & tranquillitate frui, rerum copia  
affluere, commodius, & melius conservari. Nam facilis  
vnuus Imperio, quam multorum patetur: facilis subditorum  
impetus reprimitur, & quo oportet animi revo-  
cantur. Vnde in difficultissimi quibusque temporibus Di-  
ctator Romæ creabatur, qui summum Imperii ius  
habebat. Piæterea stabilior, firmior, & diutius: non est Mo-  
narchia, quam Democracy, vel Aristocratiæ. Teste Dio-  
do, libro secundo, capitulo septimo. regnasse Assyrii perhiben-  
tur à Nino primo Rege, quo regnante natus est A-  
BRAHAM, mille, & quadringentos annos. Vnde ad  
Arbace Medorum primum Regem, qui Assyriorum Im-  
perium euerit, vel secundum Enesibium in Chronico, annos  
mille ducentos quadraginta: Medi vero, teste eodem Euse-  
bio, post destruendum Assyriorum Imperium ab Arbace, du-  
cenis quinquaginta quinque annis. Egyptus antequam  
Ægyptus esset in provinciam per Romanos sedacta, ad  
mille octingentos sexaginta annos regnarunt, ex codem  
Eusebio. Peric olim ante Alexandrum Magnum, annis fe-  
re trecentis: Syconij annis octingentis sexaginta duobus.  
Gothorum Regnum coepit in Hispania, ante annum Do-  
mini CCCXIII. Circa eadem tempora Francorum  
Regnum in Gallia. Scotorum Regnum coepit annis ante  
Nataliem Dominicum 350. & numerantur a Fergufio us-  
que ad Iacobum VI. continuata annorum serie centum &  
septem Reges, teste Ioanne Leslie Episcopo Roffensi lib. primo.  
dærebis gelius Scotorum. Angli in tota Britanìa regnare  
ceperunt ANNO DCCCI. post natum Domini, ut re-  
fert Polydo. libro quinto, de Histor. Anglicana. Apud Ger-  
manos mansit Augustalis, & Imperatoria dignitas  
per octingentos fere annos, ex quo coepit in Ca-  
rolo Magno, salutis humanæ 801. Dion Cassius lib. 44.

Penes Vnum, inquit, summam esse Reipublica, conducibile omnium maxime est: facilis enim vir bonus quam multi reperiuntur. Quo sit, ut si quis summa rerum virtutis presit, satis tam non sit, quam à fuit similius multitudine Rempublicam administrari. Cuius rei sicut facere possunt res gesta Graecorum, Barbarorumque, & ipsorum etiam Romanorum. Nimirum cum semper, & praestantiora longe, & plura sub Regibus, quam sub populari gubernatione urbes, ac priuati eius beneficia adepti fuerint, longo quo minus rerum aduersarum sub viuis, quam sub Imperio multitudine sustinuerint. Curtius libro ultimo: Imperium quod sub uno stare posset, dum à pluribus sustinetur, ruit. Proinde Iure meritoque Populus Romanus salutem se Principis suus debere proficer. Beatus Cyprianus in Oratione de Idolorum vanitate: Quando emigram regni socius, aut cum fidei capis, aut sine errore desis? Sic Thebanorum germanitus rupta, & permanens regis disidentibus etiam in morte discordia. & Romanos geminos unum non capit Regnum, quos unum uter cepit hospitium. Pompeius & Caesar affites fuerunt, nec tamen vicissitudinis fadus in amilla potestate tenuerunt. Ideo Lucanus libro secundo merito dixit:

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas,  
Impatiens consorts erit: nec genibus. illis  
Credite, Nec longe fatorum exempla petantur.  
Fraterno primo maduerunt sanguinem muri.

Et Ouidius:

Non capit una duos maiestas regni fratres.

Denique Deus unum Mosen populo Hebreorum praeficit, deinde Iosue: post quem, per unum Iudicem totam Rempublicam administravit: & tandem Sauli primo, post Davidi, & posteris eius Regiam potestatem concessit.

Obiectat quipiam idquod scriptum est i. Regum 8. reprehensem populum à Deo fuisse, quod Regem more Gentium perierit. Respondeo, nequaquam reprehensem fuisse Populum, quod Regem postulauerit, sed quod maluerit per Regem, quam per Dominum gubernari. Nam cum Iudices Populum administrabant, non more Regum gubernabant, cum illi ex praescripto diuinæ legis Populum regere cogerentur, vnde nulla eis erat potestas condendi, leges imponendi tributa, aut quipiam suo arbitratu imperandi: ac proinde tunc Deus dicebatur eos gubernare: & Samuel dixit Deus: Non te abiecerunt, sed me, ne regem super eos.

Deinde quis obiectet, Regium nomen odiosum fuisse Romanis, & Atheniensibus: cum tamen utriusque in Reipublice administratione maxime commendarent. Item Lacedemonij, quorum Reipublica plurimum laudatur, magis Democratiam, quam Monarchiam probarunt. Respondeo, hisce gentibus Regium nomen odiosum fuisse, quia carum Reges ab aita virtute iam degeneraverant. Vitium igitur Regum fuit. Et quidquid sit de Romanis, Tacitus li. Annalium scribit: Urbe Romam à principio reges habuereliberatem & consulatum. I. Bructes instituit. Dicitur ad tempus sumebantur: neq; Decimuiralis potestas ultra biennium: neque Tribunorum militum consolare ius dimicavit: non Cinna, non Sylla longa dominatio: & Pompejus Græsis, potentia cito in Cælarem, Lepidi atq; Antonij arma in Augistum cessere, qui cuncta discordia civilibus secessa nomine Princeps, sub imperio accepti. Tertio obiectat aliquis, M. Tullium in li. de Republica & Aristotelem li. 3. Politico. c. 8. & 10. insinuare, optimam esse eam Rempublicam, que ex duob; tribus gubernandi generibus conflata, mixtaque sit: Respondeo, eos laudat quidem Aristocratiam, & Democratiam, sed Monarchiam non prætulisse. Falsum item est, quod quidam aiunt, posse Rempublicam constitui ex duob; vel trib; generib; videlicet ex Monarchia, Aristocracia, & Democratia. Nam si Monarchia est, tunc penes Vnum summa potestas, & sumnum imperium est: at in Aristocracia, & Democratia supremum ius, & auctoritas, non penes Vnum, sed penes plures consistit. Per Democratiam Populus habet ius statuta condendi, magistratus creandi, bellum indicendi, suscipiendo & gerendo;

ad quem, Populum Icili et, in causis, & litib; omnib; ultima est provocatio. In Aristocracia, penes paucos, videlicet optimates, sive proceres, suprema æqualiter potestas est, ita ut ipsorum aequa sit, statuta condere, magistratus eligere, bellum indicere. At vero in Monarchia penes Vnum tantummodo est principatus, & Imperium. Ipsius est leges sancire, magistratus instituire, tributa populo impone, hoslib bellum indicere, monetam cudere, & ad ipsum Vnum est in omnib; provocatio.

Quarto obiectum: quia tria sunt Reipublicæ maxime necessaria, melius penes multis, quam penes Vnum videatur posse confundere. Haec tria sunt, Perpicacitas in consilijs, & iudicis: Honestas finis, & Perfecta stabilitas: at plus vident duo oculi, quam Vnus: plus sapiunt multi homines, quam Vnus: plus possunt duas manus, quam Vna. Item, quo plures sunt Rectores, eos magis ad communem bonum animum, & mentem intendunt: facilius itidem corruptitur Vnus, quam duo, ergo perpicacius, commodius, & firmius Reipublica administratur: per plures, quam per unum. Respondeo: cum Monarchia exercit regendæ Reipublicæ generibus præfetur, de ea sermonem esse, in qua Vnus dominatur, sed bonus, hoc est, prudentia, sapientia, & virtutem prædictus, & qui bonorum, prudentium, & sapientium consilijs vtratur. Vnde quamvis per seipsum non omnia perspiciat, prudentium tamen & bonorum consilio, & opera iuvatur.

## CAP. II.

*De creatione Regum, que fit per Hereditarium successionem.*

Quoniam varijs modis Regnum comparari & acquiri solet: videlicet auctoritate superioris, adoptione, donatione, emptione, permutatione, & iure belli, duob; tamen potissimum comparatur. Aut enim per electionem, hoc est, per suffragia liberi populi, aut per hereditarium successionem regnum suscipitur. Eleccio antiquior: at successio recentior, & aspectu aliquo melior, quia verum est minore discrimine sumi Principem, quam quæsti magnis aut nouis conatibus opportuni sunt transitus rerum: præce multorum spes cohibentur si successor non in certo sit. Vnde ardua temper quæstio fuit. Vtrum melius sit, regnum per successionem hereditarium suscipere: aut per suffragia quærere? Hanc questionem tractant Egydius Romanus tract. de Regimine Principum, li. 3. par. 1. & 5. Buridanus li. 5. Politico. q. 22. & Maior q. 9. 44. q. 4. Ioan. Lecitier, tract. de Primogen. li. 2. q. 14.

Certe difficile est, vtrum ratio sit melior, dijudicare: nam siue per electionem, siue per successionem ad Regnum perueniatur, in vtraque ratione multa insunt, quæ laudanda, atque improbanda merito videntur. Et in praesenti negotio sermo non est de Regnis, que acquiruntur electione, vel successione, iuxta mores receptos, vel constitutas leges in patria cuiusque, vel provinciæ, vel gente: tunc enim vel mores, vel leges huiusmodi merito feruantur, ne mutatio præter mores, vel leges inducta, in permiscitione populi concurrit: sermo igitur nobis est absolute & simpliciter, verum præster Regem eligi, an Regem ex Regenasci: nam quædammodum ex arbore anosa, & peruetusto truncu noua nascitur, quæ antequam antiqua decidat, radices agit, & vires affluit. Sic ex rego sene junior Princeps minori discrimine sumitur, quam aliunde quæritur.

Conuenit inter omnes, melius esse, Regem successione suscipere, quam suffragio quærere. Hoc multa comprobant. Nam in primis filij regum sunt bene nati, bene educati & instituti. Deinde sunt Populo magis grati & cari, quam externi: diliguntur tanquam alumni & consortes. Et hinc est ut populus libentius suscipiat eiusmodi Regem & ei libentius pareat. Deinde huiusmodi reges prouenerunt mores, vires, & potentiam populi, & ingenia hominum subditorum. Præterea cum externi suffragio diligun-

diligen-

diliguntur, solent mores gentis & patriæ mutare, ægre eis populi patet, aliquando etiam rebellant. Adde his, quod sub Regibus successione ad regnum venientibus, minus populus tributus vexatur: quia cum Reges suffragio Regum capessunt, necesse est, ut populus noua munera offerat, noua solutac militum stipendia, noua quoque hospititia paret & exhibeat ad recipiendos eos, qui cum novo extero rege veniant. Insuper vicente Principe, cum Regnum suffragis acquiratur, de successore subinde contulatur, struunt illi insidiae, oriuntur coniurations & factiones, calumniae texuntur. Item nobiles & primarios viros magna dominandi libido incitat: ijdem ingenti ambitione, ad regam aspirant: quilibet ad id se latius dignum & idoneum putat, ægre alteri cedit, practicat sua, eleuat aliena, suffragia acupatur: singulorum animos & voluntates conciliare sibi nititur, muneribus & pecunij, fraudibus, promissis, forsan etiam minis, & mille alijs artibus. Vix itidem electio sit sine odijs, dissidijs, tumultibus, calumnij, derractionibus, & corruptiobus suffragiorum. Accedit quod qui eligitur, postea fauet suis, eos amat, colit, ad honores, dignitates, & officia promouet, alijs aduersatur, eos deprimit, negligit: ac proinde non facile omnibus fidis. Intet rega etiam sepe longa contingunt, in quibus populus sine Principe fluctuat: omnia rapinis, latrocinij, & cædibus replentur: viæ publicæ tutæ non sunt, ciuitates, & populi turbantur. Quid'quid regga non raro mutantur, & ad novas familias transferuntur? ætarium, & iura libertatis imminuentur, quia ea minus curant reges, qui per electionem, quam qui per successionem fiunt. Immo, hi Reges curant, dum viuant, ut regnum ad filios & posteros transeat: nam suffragia acupantur, & filium, aut nepotem eligendum curant, quant's maximis rationibus possunt. Egidius Romanus, *de Regino Principum lib. 3 part. 2 cap. 5*. Tres, inquit, potissimum rationes sunt, quibus probatur, melius esse, ut per successionem Regnum capessatur: Prima sumitur ex ipso Rege, qui Regnum administrat: nam ex ipso quod in Regno est sicut successurus, ipsum Regnum administrat. Et curat tanquam bonum suum ac proprium, vaporat in suis filiis & posteris duraturum. Secunda ratio ducitur ex filio, qui in regno succedit: Nam filius imitatur mores, & exempla patri: paterna administratio formans seruandam curat: ac proinde minus periculis est, ut infelicitas fiat. Tertiavero accipitur ex ipso populo qui regitur. Conseruato enim est velut altera natura, ergo Imperium & principatus vñ ipso & consuetudine sunt quasi naturales, & populus affuetus imperij patrum filiorum & nepotum, quasi naturaliter paret: quo autem magis voluntariorum aliquid est, eo est facilis, incurvus & gratius.

Obijces; Si per electionem regno aliquis præficitur, minus certe expositum est Regnum casui, siquidem arte & consilio id factum esse videatur: præficitur enim is qui dignior, & magis idoneus, & melior exercitus videtur: optimus quemque Electio inuenit. Imperatorum omnibus debet eligi ex omnibus: Nasci à Principibus fortuitum est: cooptandi vero iudicium integrum est: consilio & prudentia electio tractatur: at cum successione regnum comparatur, exponitur quasi sorti & casu: nam incertum est, qualis erit filius, ad quem est regnum perueniendum. Respondeo, plura, & maiora cuenire incommoda & malitia, cum Rex per electionem creatur, quam cum per successionem suscipitur. Dices, Imperatorem Romanorum Electorum suffragis creari, vi etiam Polonia, & Danie Reges suffragis diliguntur, & nihilominus huiusmodi regna præclare & feliciter administrantur? Respondeo hac fieri legib. constitutis ac mortibus earum gentium, ac populorum receptis: & principio iam dixi, sermonem hic non esse de Regno, quod regibus, populorum more atq; instituto per electionem acquiritur.

Secundo queritur, Verum Regnum quod ratione sanguinis ad filium defertur, filio primogenito ipso inter debet? Respondeo, debet: id enim colligitur ex c. *Liet. de*

*Voto, & voti redemp. ut doce ibi Panormitanus, & carteri Doctores, & ex ca. Grandi, de sippenda neglig. Pralat. in Sexto: vbi id docet Francus: idemque etiam Panormitanus tradit in consilio 80. libro primo. Oldrad. consil. 93. & 232. Alberti. in l. *Donations. G. de Donationi, inter virum & uxorem.**

*Cardinalis in cap. Ius naturale, distinctione prima. Paulus in cons. 164. volumin. 2. Decius in consil. 397. Antonius Corsetus in Tract. de potestate Regia part. 2. quest. 9. Martinus Lauden. in Tract. de primogeni. quest. 8. secutus Hohenheim, & Baldum in lex hoc iure ff. De Iusti. & in. Hoc idem probat generalis omnium gentium consuetudo, qua primogeniti semper haec tenus in Regno hereditario successerunt, & succedunt: Vnde lib. 1. Iustinus scriptum reliquit: Mertuo Dario Hyrcanus filio, Rege Persarum, multi relatives sunt filii, ex quibus Ariphemenes natu maximus, etiam privilegio Regnum sibi vendicabat: quodius, & ordonaveri, & natura ipsa gentibus dedit. Cum idem Darius profectus esset in bellum contra Egyptios, magnis inter liberis eius orta est contentio de Principatu, quoniam instituto Persarum operebat ita demum Regem in expeditionem ire, cum successorum in regno declarasset: Artabazenes maximus natu dicebas se successorum declarandum, quod apud uniuersos homines instituum sis, ut maximus natuliborum obtineat principatum Herod. li. 7. in principio.*

Inter Parthos receptus mos fuit, ut filius natu maximus Regnum susciperet. Sic Iustinus lib. 41. In Macedonia ius succedendi in Regno, deferebatur ad filium primo genitum. Diodot. li. 16. Vnde Luius li. 40. ait: Cum Perseus natu maior Demetri Regi filius, Demetrium fratrem accusaret auctam partem tanquam vite sua insidiantem, ut in Regno succederet: Frater, inquit, non committantur more iniuste iadu viuimus: inter nos regnare vix quis. Huic spe tua obstat aene mea, obstat genitius, obstat versus Macdonia meos. Obstat et patrii iudicium: huc transpendere nisi per meū sanguinem non potes.

Iosaphat plures filios habens, dedit eis multa munera auti, & argenti, cum ciuitatibus munitionibus in Iuda: Regnum autem tradidit Iram, eo quod esset primogenitus. 2. Paral. ca. 21. Apud Lacædæmonios eadem consuetudo fuit, ut testatur Plutarachus in Agesila. hem., apud Gothorum nationem barbarum, ut refert Joannes Magnus li. 16. c. 17 sue Historia. Eadem lex erat apud Polonus olim, ut narrat Cramerus lib. 2. Multa congerit ad huius legis, & consuetudinis aquitatem comprobandom Tyra quell. *Tract. de Primogenijs, in Prefat. n. 4* Joannes Lecitier *de primogenitura q. 13. li. 1.*

Sed quid dicendum est, si gemini nati sint? Respondeo, cum in regno succederet, qui primo fuerit in lucem editus, ut contigit in Iacob, & Iau. Genes. 25. Quid si non apparet manifeste, vter eorum prior in lucem prodierit? Respondeo Iohann. Andr. in *Additionib. ad Speculatorum*, libro quarto, c. 31. de Fendis. Si patres sint confilio, prudentia, iudicio, & virtute, res poterit sorti committi: vel pater potest vnum alteri præferre, ut sit gratiae locus. Si patres non sint, prædictiori, & digniori dandum est regnum. Oldrad. consil. 94, rationes afferit, in quib. tale ius initiatum, ut scilicet primogeniti in regno succedant. Ratio ipsa prescribit, inquit, ut filius natu maximus regnum accipiat: quia est castus honorabilior, & etate maior, ac proinde prædictior, & sapientior, & robustior, iuniores item seniorib. deferant honorem.

Tertio queritur, An Rex testamento filium primogenitum regno pro arbitrio suo priuare possit? Respondeo, minime. *Innoc. in ca. Liet. de voto, & voti redempt. Francus, & alij in ca. Grandi, de sippenda neglig. Pralat. in sexto. Abb. in ca. Intellecto, de liceurand. Antonius Corsetus in Tractat. de potestate Regia, part. 2. qu. 8. Martinus Lauden. de Principib. quef. 130.*

Quæres, An Rex nutu suo possit regnum inter filios diuidere? Respondeo, minime: nam ut potestas Regia minoretur, & paulatim regnum interiret, Regnum igitur est individuum. *Bald. in Authen. Hoc amplius. n. 7. de Fidei commissis. Oldradus consil. 94. Martinus Lauden. de Principib. q. 20. Quid si Rex plura regna habeat, iure ne poterit vnum regnū vni filio, alterum alteri dare? Respondeo, posse*

id facere filiorum consensu: tunc enim regnum non dividitur. *Baldus in cap. i. §. Item Sacra menta, lib. 2. Feudorum, de Pace iuram sicutam. & in predicta Autb. Hoc amplius, numer. 20. Marti. Laud. de primog. q. 13. Anto. Corf. de potestia. Regia p. 2. q. 7.*

*Quarto queritur, An filius primogenitus in Regno succedat, si impubes sit? Respondeo, succedet ei, tamen dari tutorem ante pubertatem debet, vel curatorem post annos pubertatis. *Barclay in l. Quidam consulebat. If de sens. & reiudic. Bald. in l. C. de testamentis militis. Odrad. trad. 52. Abb. & Felic. in c. Cum viginti sum. De officiis judic. delegati.**

*Quinto queritur, An primogenitus filius in regno succedat, si fuerit infans, si mutus, surdus, exetus, aut tota corporis effigie deformis, vel ineptus ad regni administrationem? Respondeo, hic esse distinguendum: Aut enim est natura perpetuo ineptus ad regnum administrandum, aut causa tantum, vel morbo. Si natura perpetuo sit ineptus, & inhabilis, in regno minime succedit: & tunc regnum ad filium secundo genitum spectat. *Bald. in dicta l. Hoc amplius, & in l. Si quis prioris, §. Talem, C. De secundis nupt. Martinus Laud. de primogenit. qua. 40.* Dices confutinam, & Legem oblate, quae habet, ut regnum ad primogenitum defatur? Respondeo, legem, & consuetudinem debere non in hac parte benigne interpretari, vide licet primogenitum esse penitus preferendum, nisi hoc sit in perficiencia, & interitum, sive contra communem utilitatem, & salutem regni: At quod primogenitus natura, & perpetuo demens, sive ineptus ad regnum ex sit, obstat communis regni utilitas, & salus. Poterit, inquires, per tutorem, curatoremve regnum administrare. Primogenito itidem natura, & perpetuo amenti, vel incepto ad bonorum administrationem legitima hereditatis portio non denegatur, ergo nec regnum est denequandum. Respondeo, loquitur disparem esse rationem in regno, ac in privato patrimonio, quia ciuium, & populorum interest boni regni administratio, at hęc esse nequit etiam per tutores, vel curatores, si primogenitus sit natura, & perpetuo demens, vel ineptus ad regnum.*

Si vero primogenitus casu, vel morbo sit infans, vel ineptus ad regnum administrandum, non est regno priuans, sed adiutor eigo, & idoneo subleuans.

*Cleomenes Spartanorum rex infans effectus, non est regno priuatus. Herodotus lib. 6.*

*Ozias Iudeorum Rex lepro est diuinitus percussus, & infelix, & tamen per filium adiutor e. & sicutum, regnum administravit, quamdiu vixit. 4 Reg. 15. & 1. Paral. 2. 6.*

*Sesostris Aegypti rex oculis captus, non est tamen regno spoliatus. Herod. li. 1. & Diodor. li. 2.*

*Filius eius Poron luminib. quoq. orbatus, regnum retinuit. Herod. li. 2. & Diodor. item li. 1.*

*Ageila filius altero pede claudus, ad regnum Lacedæmoniorum vocatus est. Iustinius li. 6.*

In Comitiis Vngaric Colomannus primogenitus Geyse regis Vngarorum, ex nomine primi ad regnum assumptus est, quamvis statuta brevis, lingua blæsus, altero pede claudus, gibbosus, membris hispidis, & pilosis posthabito Alno fratre, sepe Bonfin. Decade. 2. li. 5. de Reb. Hungaricis.

Philipus rex Macedoniæ pater Alexandri Magni, sagitte iactu dextrum oculum amissit. Iustinius li. 3. ad finem.

Antigonus quoque Rex Macedoniæ, fuit uno oculo orbatus. *Macrobi. li. 7. Saturnal. c. 3.*

Candace Aethiopum Regina, fuit uno oculo capta. *Vellatora. li. 10. Anthropologia.*

Phineus Paphlagoniæ Rex, fuit exetus. *Appollonius Rhodius in Argonautis.*

Ingo Haraldi Hybernensis Regis Noruegiae filius, gibbosus fuisse ferrur. *Saxo li. 18.*

Carolus Octavianus Gallorum Rex, sepe Ponitano li. secundo, & 34. totius corporis effigiem deformem habuit.

Claudius Imperator, Drusus filius, vacors fuit & stultus, sepe Suetonio c. 38. & 39. & sex. *Ascelio. & Baptista Egnatius.*

Carolus VI. Gallotum rex, factus est amens, & en vi-

uente patrius eius regnum sibi commissum administravit. *Paulus Æmil. li. 10.*

Sexto quo queritur, An primogenitus, si fuerit Clericus in sacris Ordinibus constitutus, succedat in regno? Respondeo, succedere nisi consuetudo, vel statutum peculiare obser. *Martinus Laud. de primogenitu. qu. 30. Albertus in Aub. Ingressi. de Sacro. Eccles. n. 16.*

Septimo queritur, An primogenito religionem professo, regnum ad Monasterium, sive Religionem, quam est professus. & quæ bonorum temporalium est capax, transeat? An item ipse primogenitus Monachus sive religiosus ante effectus in regno succeda? Respondeo *Baldus in l. Deo nobis. §. Hoc etiam. C. de Episcop. & Cleric. nec religiosum in regno succedere, nec regnum ad Monasterium transire, sed ad fratrem natum secundum vel si frater nullus extet, ad alium quemlibet sanguine propinquorem. Glob. in c. Script. nobis Theutberga. 27. quas. 2. ait. Eo ipso quod quis efficitur Monachus, deinceps eff. Rex, Imperator, Papa, vel Episcopus. Idem tradit Barba. in Tract. de Prastantia Cardinallium in qu. 5. principali prima pari. nn. 13. Antonius Corf. in Tract. de potestia. Regia part. 4. qu. 60. Martinus Laud. de Principiis. 19. quamvis in quest. 284. dicat: si filius R. gis, vel Dux Monachus fiat, Regnum, vel Ducatus, cum per successionem filii debetur, acquiritur ipso iure Monasterio. Sed ius inquit, in hac parte non feratur, alias fecus. Nam cum per electionem regnum datur, electores possunt quem maluerint, eligere. Idem, istis Alberico in Auben. Ingressi. D. de Sacrosan. Ecclesiensis Alanus: quoniam in ea Authentica habetur: bona ingredientium in Monasterium, ad ipsum Monasterium transire. Sed reuera communi consentanea est recepta sententia Baldi, & Globie, videlicet, primogenito effecto monacho, regnum ad fratrem secundo genitum devolutum. Item, si Rex monachale institutum profiteatur, regnum ad cognatum sanguine propinquorem defecit. Sic etiam Alexander confi. 98. n. 7. volum. 6. Nam Monachus factus est miles Dei, & eo ipso diuinis, non secularibus rebus inferuit. Nec obstat superius allata Authentica, ingressi: quia illa solum locum habet in alijs bonis ingredientium Monasterium.*

Octavo queritur, Quid dicendum, quando primogenitus antequam regnum adipiscatur, incidit in crimen, ob quod iure bona confiscantur, vt puta si reus sit leprosus, maiestatis, vel si haereticus fiat, vel incestas nuptias coetrahatur? Respondeo, eo ipso regnum ad fratrem secundo genitum defecit, si vero frater nullus extet, ad alium sanguine propinquorem, quod si nullus coram adsit, tunc Principis, & Romani Pontificis auctoritate, primogenitus in regno succedit, quia cum Rex superiorum non habeat, filius non est, ad quem regnum devoluatur. *Gloss. c. eff. necesse, de donationi. inter virum & vxorem, in verbo, Restitui. Unde par ratione cum regnum est hereditarium, consuetudine, vel lego de propinquioribus ex sanguine semper defecit quamus millesimo etiam gradu distent. Baldus in cap. 1. de Feudo Ducali, Marchionis Gulielmus cognomento Monte Ferrari. Tract. de success. dub. 1. quas. 39. At in alijs successionebus hereditatis post decimum gradum, filius admittitur, in successionebus regnorum sicut locum non habet. Gloss. & Bald. in loca modo citatis. & Martinus Laud. in Tract. de Principiis. qu. 443. Antonius Corf. de potestate, parte quinta, quest. 101. Bartholomaeus Capella in causula 93. que incipit: Eff. dubium.*

Nono queritur, An spuriij in regno iure succedant? Respondeo, si filii legitimi, & naturales extent, non succederent: regum enim hereditarium filiis naturalibus, & legitimis iure, vel consuetudine debetur. Nam si spuriij succedant, periculum est, ne regum intereat, aut graue dampnum patiat. Spurij etenim plerumque audaces sunt, & ad vitia paterna, & deteriora proclives: & sapientia libidine, prolem legitimam, & naturalem, & medio tollendam curant, vt sibi principatum vestident: exemplo sunt Ismael ex ancilla natus, qui persequetur Isaacum liberum filium, vt merito dictum sit Abraham.

mo patri: Ei eē ancillam, & filium eius, non enim erit hæres filius ancilla cum filio libera.

Abimelech filius spurius Ieroboal, ut regnaret post o-  
bitum patris sui, occidit septuaginta fratres alios patris  
naturalibus, & legitimis, excepto minimo Ioathan, ut testa-  
tur liber Indicum.

Phraheres Mihridatis Parthorum regis filius spurius  
natus, ex Tharmusa Itala sc̄emina, patre occulte inter-  
empto, occupauit regnum, quod tribus filiis legitimis, &  
naturalibus dehebatur, & illud sibi retinuit; donec Parthi,  
quia incesto se polluerat concubitu, regno deicerunt: &  
expulsus breui interiit.

Phraheres quoque filius Herodis regis Parthorum ex  
pellice natus, patrem senem, & triginta fratres, quos ex  
concubinis etiam pater generat, interfecit, ut solus re-  
gnum obtineret. *Iustin. lib. 42.*

Iugurtha spurius ex Manestabile filia Masinissa regis  
Numidarum, adoptatus à Micipha fratre Manestabili, &  
regni consors effectus, cum duobus filiis Micipha Hiem-  
ipale, & Adherbale, Hiempale necato, & expulso Adher-  
bale sibi totum regnum vindicauit. *Sallust. in bello Iugurthae.*

Manfredus Federici 2. Imperatoris filius spurius, ex  
concubina suscepimus, Princeps Tarentinus, & Rex Siciliae  
designatus, sexu patrem ex graui morbo contulit; cœ-  
tem suffocasse, & Conradum fratrem ex legitimo coni-  
gio natum, & a patre hæredem institutum veneno substi-  
tisse. *Antoninus in 3. part. tit. 19. c. 6. §. 4. Blondus lib. 7. De cap.*  
*2. & Platina in vita Innocentij IV.*

Philippus Demetrij filius duos filios habuit, vnum ex  
iusto matrimonio Demetrium minorem natu, cui ex lege  
regnum debebatur: alterum nomine Perseum natu ma-  
iore ex pellice genitum. Hic apud patrem calumnis  
tantum valuit, ut Demetrium è medio sustulerit, & ita  
mortuo patre regnum contra fas, & legem obtinuit. Sed  
cum bellum contra Romanos suscepisset, à L. Lepido Æ-  
milio vicit & captus, & in carcerem tritus, regnum & vi-  
tam amilis. *Plutarch. in Æmilio.*

Iacobus nothus Ioannis Cypri regis filius, vi & auxi-  
lio Paganorum regnum ademit Carolus filius naturali, &  
legitime Ioannis: & tandem factum est, ut eo mortuo re-  
gnum ad Venetos perirent. *Bonfin. lib. 8. d. c. 3.*

Henricus 2. Alphonſi XI Hispaniæ regis filius no-  
thus, Petrum fratrem suum legitimum, qui post patrem  
Alphonſum in regno succederat, interfecit: & regno po-  
tius est. *Annales, & Chronica Hispanie. Rituus lib. 3. de Regi-  
bus Hispanie.*

Regnum itaque filio legitimo, & naturali debetur: &  
hoc maxime conuenit cum scriptura ipsa, & iure diuino,  
Canonico, & naturali. Cum scriptura quidem, quoniam  
Abraham Isaac Saræ filium hæredem instituit, filios  
vero ancillarum ab hæreditate exclusit, & munieribus  
tantummodo donavit. *Vñ liber Genesis tradit.* Filii quoq;  
ex sc̄fato nati, ut est in Deuteronomio, in Ecclesiā Domini  
nequaquam admittebantur. Congruit etiam cum Iure  
Canonico. nam in c. Cum cunctis, c. Innotuit, de elect. c. Vñ fili.  
&c. Nims. de Filii Presbytero: filii extra iustum coni-  
gium natu à beneficis Ecclesiasticis, & dignitatibus exclu-  
duntur. Tute itidem ciuili, ad honores, dignitates, & officia  
publica nequaquam admittuntur: si legi timi, & natu-  
rales extent. *L. Generaliter. §. Spurijs. §. 1. Spurijs. §. De Deturion.*

Tempore Caroli Magni, inter alias leges, una est con-  
stituta, Ne in posterum in Regno Gallorum spuri filii,  
etiam eos pater, ut filios agnoverit, succederent. Ratio  
etiam ipsa naturalis id probat, quia iuregentium rece-  
ptum videmus, ut spuri non succedant in Regno.

Aristo Spartanorum rex Demarathum filium, ut no-  
thum, quia cum natus est Demarathus, ipse Aristο pater  
subducta ratione, quod à nupijs nondum decem menses  
effluxerant, negauit suum esse filium: ut testatur Suidas.

Agis quoque negauit ex se editum esse Leoty chidem, &  
proinde noluit cum in regno succedere, quamvis ex Ti-  
mæ natu esset.

Margarita Flandria Comitis spuri Ioannes, & Bal-  
duinus filii, ex Gulielmo præceptore, futilio complexu-  
nati, à successione reiecti sunt, eo quod extarent legitimis,  
& naturales fratres. *Paul. Æmil. lib. 7. de histor. Francor.*

In Regno Sueorum, Gothorum, & Noruegorum spu-  
ri viles habentur, & ita penitus negliguntur.

Dicet aliquis, spuri etiam multos fuisse Duces, Reges  
& Imperatores. Nam (*ut Iudicum narrat hisloria*) Iepheth  
Galaadites spuri, Israelem populum iudicauit. Themis-  
toches spuri etiam fuisse prohibetur. *Plutarch. in Themis-  
toches. Athene. lib. 13. cap. 33.* Timotheus Cononis filius ex  
sc̄fato natus, fuit Atheniensium Dux. *Athene. libr. 13. cap. 3.*  
Arnulphus Rex Germanie, & Imperator Romanorum,  
fuit filius Carolomanni Regis Bavarie, frater Caroli  
Crassi, ex concubina genitus. *teſte Sigonio libr. 5. de regno  
Italia.* Theodosius Ostrogothorum in Italia Rex, ter-  
tius spurius fuisse. *Ioannes Magnus libro nono. Rerum Septen-  
trional. ca. 9. Suenoni I. Danoru Regis spuri filii multi fu-  
re, qui eidem in Regno successere. Primo, Haraldus; de-  
inde Canutus, & alij deinceps. *Saxo. lib. 11.* Arnulphus Zu-  
endebaldum filium suum ex concubina fecit Rex gem Lo-  
tharenſium, *Sigibertus in Chron. 986.**

In Scotia Gillus Oueni eo nomine primi filius nothus  
regnauit. *Ioan. Leslie lib. 2. dreb. geslis Scotorum.*

In Castella Henricus II. frater Petri cognomento cru-  
delis, filius Alphonſi XI. nothus regnum obtinuit: ut ha-  
betur in *Annaib. Hispania.*

Guilhelmus Normanus Roberti Normannie Ducis no-  
thus filius Angliae Rex fuit. *Polydo. lib. 8. de histor. Anglicana.*  
Respondeo, hos & alios similes fuisse legitimos effectos  
auctoritate Principis, vel Reipublicæ aut certe successisse  
procerorum suffragijs, cum Principatus non per successio-  
nem, sed per electionem daretur, aut factio, non iure eos  
regnum adspexit.

Sed quid dicendum, cum nullo filio legitimo, & natu-  
rali extante, Rex spuri filium habeat? Respondeo, tunc  
ipius auctoritate posse spuri filium fieri legatum. Nam  
quemadmodum Rex ius, & potestatem habet alios nos spu-  
rios legitimis refutare natalibus, cum iusta subest cau-  
fa; sic etiam proprium filium spurius potest legitimum  
efficere, cum nullum filium ex iusto matrimonio suscep-  
rit, ne regnum ad alteram familiam transferatur.

Decimo quætitur, Quid dicendum, quando filium  
primogenitū pater suscepit, antequam Rex esset, & de-  
inde Rex effectus, ex iusto quoque matrimonio secun-  
dum filium generauit, succederet ne tunc in Regno filius  
natu maior, & genitus ante regnum suscepit, an vero si-  
lius natu minor, à patre genitus post regnum obtinetum?  
Hanc agitauit controuersiam Ioannes Lecirier *Tract. de  
primogen. libr. 1. quaſion. 12.* De ea disputant aliqui Canonici  
iuris interpretates, in capit. Inter catros, dixerunt. Alij in  
cap. Ad extirandas defilis presbyt. Vetus fuit hac quæſio,  
cuius meminere luctuus *libr. 2. breuiter.* & Herodotus co-  
pioso *libr. 7. suprincipio.* Verba Herodoti sunt: [Darius ex-  
peditionem sumere properabat in Ægyptio argue Athenienſes: dum autem haec compatabat, interta in gens in-  
ter eius liberos de Principatu exorta dissensio est, quoniam ex instituto Persarum, oportebat ita demum ire in  
expeditionem, cum Regni successorem declarasset. Erant autem Dario iam antequam regnaret, filii tres è prima y-  
zore Gobrias filia suscepit, & post partum regnum alij  
quatuor ex Atosa filia Cyri: Superiorum maximus natu  
erat Artabazenes, posteriorum Xerxes: qui cum ex ea-  
dem marce non essent, disceptabant, Artabazenes quidem,  
quod omnis paternæ sobolis maximus natu foret,  
cum apud viueros homines sit institutum, ut maximus natu  
liberorum obtinet principatum: Xerxes vero con-  
tra, quod ex Atosa genitus esset filia Cyri, qui Persis li-  
bertatem acquisuisse. Dario autem non ferente ſen-  
tentiam, aderat forte Demarathus Aristonis filius, qui  
per id tempus altercationis Spartano regno exiuit,  
ac Lacedæmoni prologus Susan ascenderat. His vir-

audita

audita liberorum Darij controvetsia, adjicitur / ut fama fertur Xerxem, & admonuit, ut ad cetera, quae pro se dicebat, hoc adduceret, sc̄ quidem genitum ē Dario iam Regē, & Persarum Imperium obtinente, Artabazenes vero ē Dario, dum esset priuatus: ac proinde neque æquum, neque iustum esse, alium quempiam potius illam dignitatem adipisci: quoniam Spartæ quoque sic vispararetur, ut si cui antequam regnet, filii nascantur, deinde regnanti filius nascatur, huius postea nati successio regni sit. Hac à Demaratho suggesta ratione videntur Xerxem, tanquam iusta dicentem, Darius Regem declaravit. ] Sic Herodotus.

Carolus Siciliæ Rex filios habuit, quos suscepserat ex vxore, antequam regnum consequeretur: deinde regnum adeptus, alium genuit, qui in regno successit, filij ante progenitos prelati. Hæc quæstio locum habet in eo Regē, qui cum priuatus vir esset, filium genuit, & postea Regium fastigium eucæpsit, alium filium suscepserat, & in eo, qui cum primogenitus filius non esset, sed natu minor, in regno successit, primogenito fratre, sine libertis mortuo, habens filium ex legitimo coniugio suscepsum ante regnum. Ioannes Lecitier loco sapra citato testatur duas sententias: Vnam eorum, qui docent, filium natum post regnum obtentum a patre succedere. Et citat idem Auctōr Cynum, Petrum de Bellis Particis, Baldum, Albericum, Dinum, Iacobinum Arenam, Ioannem de Ananiam.

Communis est inter Iurisconsultos opinio, ut refert Anton. Corsetus de potestat. Regia 3 par. q. 16, filium natum antequam pater Rex esset, filium Regis non dici, nec in regno succedere tanquam natu maximum. Sic Doctores præsentim Cynus in l. Imperialis, C. de Nuptiis, Bartolse in l. Cum iste. C. de Agrico. Et Censi. libr. II. Et in l. Senator, Et in l. Si Senatore, C. de Dignitatibus lib. 11. Et ibi Ioannes Platea, Et Doctores, Martinus Laudus de Principiis, queſt. 441. Glossa in ca. Iam itaque 1. queſt. 4. sic ait: si quis habet filium. Et postea Decurio creatur, ille filius non dicitur filius Decurionis, sed illi tantum, qui possea genitū sunt.

Alterna sententia eorum est, qui dicunt, regnum ad filium, quem pater genuit, cum vir priuatus esset, deferriri. Sic Ioannes Lecitier loco prædicto, & ait, sic sensisse Albericum, quamvis sibi contrarium, Salicetum, Ioannem Fabrum. Reuera Salicetus in predicta lege Imperiali, docet filium Regis dici eum, quoniam pater genuit antequam Rex esset, & tanquam primogenitum in regno succedere. Sic etiam Franciscus Ripa in cap. Inter ceteras, de reſcript. nu. 13. Et 15. & valde probabilis est hæc sententia: quia filius ratione sanguinis succedit in regno, & filij ante, & post dignitatem regiam nati, ciuidem sanguinis, & generis sunt, & eiusdem patris filij, ergo maximus natu, quamvis ante regnum genitus, iure succedit. Adde, quod filius genitus ante sacerdotium, vocari potest filius Sacerdotis, ut probant Doctores in cap. Inter ceteras, de reſcript. Et in cap. Ad extirpandas, de filiis preſbytero. Et in l. Senatoris filium ff. de Senatoribus, habetur: Nec inter nos in Senatoria dignitate constitutus eum suscepit, an ante dignitatem Senatoriam. Item tradit Iurisconsultus in l. Moris. §. Libertos, ff. de Poenit: Liberos non tantum filios accipere debemus. felicet, ut propter priuilegium concessum patri Decurioni non subiiciantur penitius vulgaribus, verum omnes liberos: sed utrum qui post Decurionatum suscepit sunt, his penitius non afficiantur: an vero omnes omnino liberi etiam in plebeia familia suscepit, videndum est: Et magis puto omnibus prodeſſe dabere. Sic ille. Et idem colligitur ex l. 2. §. Filij. ff. de Decurioni.

Teste idem Plutarcho in Artaxerxe, Darius Rex Persarum inter duos filios de Regno contendentes, hanc sententiam pronuntiavit. Darius etenim ex Patyfatide uxore, filia Artaxerxis Michonis, duos reliquit filios, Artaxerxes, qui & Arsicas ante dictus est, & Cyrus natu minore. Mater magis fauebat Cyro, unde patre iam ægro accusata à matre, profectus ad aulam est, maxima spe, ut successor regni declararetur. Etenim ratione nitebatur Patyfatidis speciosa, quia Xerxes olim vius erat suggerente

Demaratho, Arsicas se priuato, regnanti Cyrus Dario peperisse. Adduxit tamen Darium in suam sententiam, sed ætate prior designatus est Rex, & nominatus Artaxerxes, Cyrus vero, Lydia Satrapa, & Oræ maritimæ Dux.

Neque his obstat iudicium Demarathi pro Xerxe contra Artabazanem: nam Xerxes fuit filius Dario non solum post dignitatem regiam natus, sed etiam ex filia Cyri Regis Periarum, & foro Cambysis suscepimus, & ita ex regia familia Cyri genus ducebat, sed Artabazanes fuerat Dario natus, non solum cum priuatus vir esset, sed etiam ex uxore priuata, non regi sanguinis. Nec item obstat, quod dicitur in l. Si Senator. C. de dignitatibus lib. 12. nec id quod habetur in l. v. l. C. de Decurionibus, ut patet si eas leges recte consideremus.

Vnde decimo quætitur, An si Rex iam vita defunctus reliquerit ex filio primogenito ante demortuū nepotem, & alium filium superstitem, præferendus sit nepos patruo, an contra patruo nepoti, hoc est, quæterere, An nepos patruo exclusat, an contra patruo nepotem? Magna fuit semper inter Iurisconsultos de hac re controvetsia. De ea tractarunt Oldradus, confil. 94. Et 224. Ioannes Lecitier in tract. de primogen. lib. 1 q. 25. Decius confil. 443.

Duae sunt Auctōrum sententias: Vna est dicentem, nepotem esse præferendum. Ioannes Lecitier ait sic sensisse Ioannem Laudensem, Oldradum, Armandum, Joannem Audream, Abbatem, Paulum Castrensem, Franciscum Astetinum, Andream Barbaria, Socinum, Ioannem Fabrum, Felinum. Eandem sententiam sequi videtur Baldus in l. antiquioribus, C. de iure delibet. vbi ait, ita esse in Anglia & Gallia iudicatum: quamvis in confil. 275. par. 2. dicat hanc quætionem potius litam esse in subtilitate ingenij, quam in certo aliquo iure: & pro hac, vel illa parte certam sententiam ferre, non esse viri sapientis.

Altera opinio docet, per patruum nepotem excludi: cuius sententia Lecitier loco citato dicit esse, Richardum de Malumbriis, Cynum, Bartolom, Oldradum sibi alioqui contrarium, Baldum sibi quoque contrarium, Salicetum, Andream Hiermensem, Archidiaconum, Ancharam, Imolam, Geminianum, Francum, Alexandrum, Imolensem, Iasonem. Certe pro nepote multa faciunt, & in primis quæ præferant in medium exempla.

Henricus enim 2. Rex Anglie, seſſe Polydoro lib. 13. filios quatuor habuit, Henricum, Richardum natu secundum, Gauſredum tertium, & quartum Ioannem. Gauſredus duxit uxorem Coſtantinam, hæredem Britanniæ: qui, viuente patre Henrico 2. mortuus est reliqua uxore Conſtantia prægnante: quæ peperit Arthurum. Mortuo Henrico 2. succedit in regno Richardus, ordine secundo genitus: quo sine liberis decadente, ora est consentio inter Arthurum ex Gauſredo relictū, & Ioannem filium quartum Henrici, & fratrem ipsius Gauſredi; ac proinde patruum Arthurum. Porro Philippus cognomento Augustus Rex Gallie, qui regnauit circa annum 1181, Iudeſtali in causa legitimus constitutus pro Ducatu Notmannia, eum Arthuro adiudicauit, & alia quæ Richardus in Gallia possederat. Polydor. Virgil. lib. 15. de Histor. Anglie. Et Paulus Æmil. in Carolo Pulchro.

Edoardo 3. Rege Anglorum mortuo anno 1378. Richardus 2. Edoardi filio nepos, Princeps Vualliaæ fuit coronatus Rex, & prælatus patruis Ducibus Leucaſtræ, Clarentiæ, Loceſtræ, & Yorche, ut narrat idem Polydorus in His. Anglie.

In Portuagallia Rex Alphonsus hoc nomine V. habuit Ferdinandum, & Henricum primogenitum, hic viuente patre deceſſus reliquo filio Ioanne: qui Ioannes post obitum patris Alphoni coronatus est Rex, post habitu patruo Ferdinandando: ut refert Decius in confil. 443. in 2. par. 3. volum.

Agathocles Siciliæ Rex, in morbum incidit, quo tempore orta est contentio inter filium, & nepotem, ut refert in regno successurus: & bello commisso, occisus est filius, & nepos regnum occupauit. Iustinus lib. 23.

Cleome-

Cleomenes Spartanorum Rex, duos filios suscepit Acrotatum, & Cleonymum: quorum filiorum Acrotatus mortuus est patre superstito: & reliquo filio Areo, Cleomene ē vita excedente, orta est lis inter Cleonymum, & Areum Acrotati filium de regno. Senatus vero pro Areo sententiam tulit, & ei regnum addixit. *Pausanias in Laciū, libro 3.*

Idem iudicavit viuens proceres Galliā imperante Ludouico Crasso circa annum Dom. 1110. in contiouerſia de successione in domo Borbonia. *Paulus Emil. in via Ludonici Crassi.*

Regnante itidem Carolo Pulchro Rege Galliā, anno 1330, proceres Galliā iudicarunt, Comitem Niuerniensem succedere in Comitatu Flandriā, & præfessi patruo, eo quod filius esset primogeniti ante patrem demortui. *Paulus Emilii in vita Caroli Pichri.*

Idem est iudicatum per senatum Parisensem cum regnante Philippo Valesius in Gallia circa annum Dom. 1328. in quæstione de successione in Ducatu Britoniæ inter patrum, & nepotem. Eadem quoque est sententia latata regnante Francisco I. huius nominis Rege Gallorum, in causa successione in Comitatu Foxensi: & anno 1310. Auenione idem est iudicatum in contiouerſia de successione in Comitatu sancti Seuerini inter Thomam filium primogeniti, & Iacobum patrum.

Præterea sub Henrico Primo, & deinceps sub Othono Magno in Alemania ob similem item, & controversiam celebrata sunt Comitia, & statuum, ut duello contiouerſia dirimeretur: quo in duello victores fuerunt, qui pro nepotibus pugnarunt: ut refert *Vitischindus lib. 2.* & *Sigibertus in Chron. anni 942.* cuius duelli meminat Iason in *I. Maximum uitium C. delibera præter.*

Eandem sententiam rationes & argumenta cōfirmant. In primis filius patris personam representat: vnde filius haber eadē iure quae pater. Deinde, nepotes in bonis aui habent eandem portionem, quam esset habiturus pater eorum si viueret.

Præterea si unus ex liberis moriat, anquam pater, vel mater ad secundas nuptias transeat, & relinquat filios, lucrum quod acquiritur ex secundis nuptiis, non datur tantum filii superstitibus, sed etiam nepotibus ex filio demortuo id ea parte, quam erat consecuturus pater, si viueret. Ita opera promissa a liberto duobus patronis, vno mortuo, si filios reliquerit, non accrescunt alteri patrino superstiti, sed liberis ex patrone mortuo relikti.

Altera quoque sententia, qua affirmat patrum esse nepoti præferendum, probatur similiiter exemplis, & rationibus. Nam apud Lacedæmonios Agesilauus Leotypholidi nepoti filio fratri Agidis prælatus est. *sæpius Pausanias in Laconia lib. 3.*

Guaranius Rex Autelæ prælatos quoque fuit Childeberto filio Sigeberti fratris: ut scribit Aymonius lib. 3. de rebus gestis Franco. cap. 62.

In regno Castellæ Aurelius frater Froilæ, filius Alphoni cognomento Catholici, succedit fratri Froilæ, prætermis nepote ex fratre. *Annales Hispanie.*

Item, ut in eiusdem Annalibus habetur, Froila eo nomine II. regnauit post fratrem Ordonium posthabitus nepotibus ex codem fratre.

Sanctius 4. Castellæ Rex, mortuo patre Alfonso X. cōtuta quæ ab eo deficiens arma ceperat, quatuor hominum milia trucidari iussit; quod in tumultu quodam Alphonsum fratris sui Ferdinandi cognomento de la Cerda filium, Regem acclamassent, ut restatur Ritus lib. 3. de Regibus Hispania.

Ludovicus Pius Cardioli Magni filius in regno Galliæ succedit posthabito Bernardo filio Pipini fratris, & primogeniti filii eiusdem Cardioli Magni: ut scribit Paulus Diaconus in vita Cardioli Magni.

Honorius, filius secundus Genesici regis Wandalorum, fuit in regno constitutus, & prælatus Gundabundo

filio Genesonis primogeniti eiusdem Genesici, auctore *Procopio lib. 3.*

Proceres Franciæ anno Domini 1116. adiudicarunt Comitatum Campania patruo Henrico, quem præulerant nepti sua ex primogenito Comitis Campaniæ, ut tradit *Gothifredus in libr. Expeditionis in terram sanctam.* Sic etiam Philippus Puleher Rex Gallorum, Comitatum Atrebacensem addixit Mathilda uxori Othonis Comitis Burgundie excluso nepote adhuc infante, nato ex primo genito. *Ita Paulus Emilii.*

Item in Scocia, tñste Ioanne Lenoe lib. 2. de rebus gestis Scotorum, antiqua Lex fuit, ut liberi Regum ante maturam aetatem reliqui excluderentur a regno, ad successionem admissis patruis, vel alius sanguine propinquus: quam legem antiquam curauit Kenetus III. hoc nomine. vide præter legem, & confutudinem in eo regno, Reuther adhuc est regio diademata insignitus.

Rationibus itidem ostenditur. Primum: Nepos non representat personam patris, quando pater iurius capax non est: nam pater eius antequam morieretur, regnum adeptus non fuerat, ergo nepos patruo præferti non potest, cum in locum sui patris subrogetur, siquidem pater eius, cum mortuus est, succedere in regno non poterat auctor regie vieate. Deinde, pater, hoc est, primogenitus filius regis mortuus ante patrem suum, non potuit succendi ius, quod non habebat, viuente adhuc patre, ad filium transmittere: nemo enim ad alium plus iuriis transferre potest, quam ipse habeat. *I. Nemo ff. de regul. iuriis. S. in 6. & l. Traditio ff. de Acquirere rerum dominio.* Accedit quod ius primogeniti est personale priuilegium, ergo non potest ad haeredes transmiti, quia cum persona extinguitur. *cap. Priuilegium, de regul. iuriis, in facto, S. l. In omnibus causis, ff. de regulis iuriis, & l. Quia tale ff. soluto matrimonio.*

Prima sententia, meo iudicio, probabilior videtur, quia nepos representat personam patris, & pater eius, eo ipso quod primogenitus filius aut regis fuit, ius succendi in regno acquisuit, & illud in suum transmisit. At nepos, inquis, non est primogenitus, ergo non succedit in regno, quod primogenito debetur. Respondeo, nepotem succedere, non quidem iure proprio, sed iure patris quem representat. Vrgebis: Patri non est acquisitum ius, mortuus siquidem est antequam regnum obtinet. Respondeo, statim ut primogenitus nascitur, ei regnum debet, hoc est, ei ius ad regnum acquiri, quia iure generis, & sanguinis primogenitus in regno succedit: ideo verius est, ut primogenitus tale ius ad filium transmittat. Nec exempla in contrarium allata, satis firma sunt: quia si patruj prælati nepotibus ex primogenito fuerint, id locum habuit in regno, qui nec lege, nec consuetudine primogenito debetur: vel quia nepotes facti fuerint ad regnum inhabiles, cum essent religionem professi.

Duodecimo queritur, An rege mortuo sine liberis, & sine fratribus, filii fratrum superstitibus admittantur ad successionem patruo reges in stirpes, an in capita & verbi gratia: Titius tex mortuus est sine prole, superstitibus tantum quatuor nepotibus ex quatuor fratribus demortuis, & nullo fratre exante. An illi nepotes succedant in stirpes, an in capita: hoc est, An succedant representando patres suos, an vero suo iure. Et multū testis scire, an nepotes defuncto regi patruo succedant iure representationis, an suo iure. Nam finge, mortuum esse regem, & fuisse illifratres, & sores, ex quibus relikti sunt filii, veniam regi succedant, an nepotes ex fratribus, an vero nepotes ex sororibus: An stirps confidetata, an singulorum nepotum capita inter se, non secus, ac si filii essent, comparanda, sexus atque etatis distinctione perspecto? Ceterè in ceteris bonis, quæ hereditario iure proueniunt, duo sunt iuri consultorum sententiae, ut tradit *Couarruus in Epito de successione ab intestato. num. 8.* Una est, huiusmodi nepotes in stirpes esse admittendos. Sic Accursius in *Austri. Cassane. C. de legit. hered. vbi habetur: Cessant successione linea descendenti, & eius, que sola sit ascendens, vocantur pri-*

mo fratres, fratreisque pramortui filii in stirpes. & Bartolus in l. post confanguineos. §. Hareditus, ff. da suis, & legit. hereditib. Divers quoque, Cynus, Paulus, Cornue, & alii in dicta Auhem. Cessante, quam opinionem esse communem testatur Nicolaus Vbaldinus de success. ab intellato 3. par. Tiraquel. lib. 1. de Retract. §. 2. Glos. 2. Alexander Conf. 55. num. 4. lib. 4. cui sententia fauere videtur textus in Auhem. de Haredibus ab intell. venient. §. Si vero neque fratres: vbi lex ad successionem vocat agnatos, & cognatos post fratres, filiosque fratrum in capita. ergo fratres, & filii fratrum, in stirpes, non in capita vocantur. Secunda sententia affimat filios fratrum, aut sororum admitti ad patrum successionem in capita, non in stirpes: qua opinio colligi videtur, ex Auhem. de Hared. ab intell. venient. §. Sed & p. 5. & §. Si autem cum fratribus: vbi lex vocat in locum parentum ad successionem, patrum filios per stirpes, quādū cum aliquo ex patris superficie admittuntur ad successionem patrum defuncti, non in alio casu, & §. Hoc etiam, Instit. de Legit. agnat. success. sic quoque ibi Accusatus sibi contrarius: sic Azo, Iacobus Buter, Salze, Baldus, Hofstien, Zafius, Forruntius, quos resunt, & sequitur Concurruias loco citate. Horum opinio est, si auo cum patruis nepotes ex filio defuncto succedunt, in stirpes, non in capita succedunt, ita ut nihil amplius obuenias nepotibus, quam patri eorum, si superest esset. Nam generatio in l. Nepotes. C. de suis, & legi libe. habetur: Nepotes ex diversis filiis variis numeri, aut succidentes ab interstatu, non pro virilibus portionibus, sed ex stirpibus succidunt. Idem iuri est cum defuncto fratri intellato: q. frater succedit. Nam si contingat alterius fratri ante extincti filios superesse, ad hæreditatis cōmūniōnēm vocandi sunt in viam stirpem omnes relati. At si nepotes ex fratre, aut filii fratrum non cum patruis succedant, sed soli ipsi inter se comparati, patruis hæreditatem adeunt, in capita referuntur, & æquas singuli portiones obtinent, sicut ceteri, qui remotori gradu propinquitatis defunctum attingunt: in priori hædum genere representatio locum habet, in posteriori non item.

An utrum horum in regno obseruari debet cum descendentiis sublati nepotes ex diuersis fratris, & propinqui à latere ad se ptra vocantur, magna, & dubiae questionis est. Sed multi, & eruditio clari Doctores sentiant, cap. tam, non stirpis rationem habendam esse. Etenim in pari propinquitatis gradu prestantissimus in ea familia ad regnum vocandus est, alioqui formidans, quia natura ipsa imbecilliores masculis ad regna sunt, puerisque, & ætate maioribus aditus ad regnum, exclusis viris, & ætate maioriibus pateret: quod certe incommode est. Fatum quidem nos, (id quamvis multi discentant) in bonis aliis hæreditariis, & minoribus principiatis, hæredes ad stirpem reuocari: negamus tamen in regia successione id seruari debere, vbi multa propria sunt ab aliis omnibus hæreditibus discreta. Nec obstat, si priuatis prouinciaz, gentive legibus, aut moribus secus sanctum iuratumve sit: nam nostra disputatio ex ipsis naturæ principiis, & communi iute procedit.

Nostra etate res controveria fuit in Portugallia. Emmanuel Rex inclitus Portugallie, ex Maria filia Ferdinandi Aragonenfium Regis, & Isabellæ Castellanorum reginæ nouem filios suscepit, Ioannem, Isabellam, Beatrixem, Ludouicum, Ferdinandum, Alphonsum, Henricum, Odoardum, Antonium. Ioannes Primus, mortuo patre, regnauit, & fuit ex nomine tertius: & ex Catharina Caroli Quinti Imperatoris sorore filium habuit nomine Ioannem, qui viuo patre obiit, & vnicum filium Sebastianum ex Ioanna Caroli V. Imperatoris filia reliquit, & mortuo aucto Ioanne III. regnauit: sed in Africa suscepto contra Mauros bello peregitus est. Isabella Carolo V. Imperatori nupsit, ex qua natus est Philippus Rex Hispanie, hoc nomine II. Beatrix porro, matrimonio iuncta fuit Carolo Philiberto Duci Allobrogum, & genuit Emmanuel. Ludouicus ex concubina Antonium procreauit. Ex Odoardo nata sunt Maria, que Alexandro Far-

nesio, Octauii Dacis Parmensis filio nupta, peperit Raynatum, & Catharina Ducis Brigantini vxor. Antonius infans migravit è vita. Alphonsus Cardinalis excaecatus, & initatus lacris, viuo quoque patre decepsit.

Henricus ad sacros etiam ordines promotus in Cardinalem numerum adscipens est: & Sebastianum regi nepoti in prælio extincto succedit in regno. Quo mortuo, gravis fuit controvacia, quis in regno succederet, nam superstites solum nepotes ex fratribus, & sororibus relati erant Philippus Castellæ Rex, ex Isabellâ natus: Emmanuel filius Caroli Philiberti Dacis Sabaudia ex Beatrixe; Antonius ex Ludouico relatus: Catharina Ducis Brigantini vxor, & filia Odoardi: & Raynatus filius Alexandri Ducis Parmensis, ex Maria eiusdem Odoardi filia progenitus: Philippus Rex in regno ad se pertinere dicebat, eo quod ceteros, vel seate, vel sexu, vel legitimis natalibus, vel anteriori propinquitatis gradu vinebat: Catharinam quidem Ducis Brigantini vxorem, eo quod foemina esset, quamvis ex Odoardo Henrici Regis fratre: sed hac in parte representationis ius, & locum non esse, quia agebatur ad successionem nepotum ex fratribus, & sororibus ad regnum patrum regis defuncti sine liberis, & absque fratribus. Duceo vero Parmensem eo quod remotiori propinquitatis gradu Henrici regem mortuum attingeret. Dux Allobrogum, eo quod eum aratæ p̄t̄cebat, & natus esset ex Isabellâ Beatrixe sorore, natu maiore: Antonium, eo quod non esset ex legitimo matrimonio procreatus. Contrario Catharina Ducis Brigantini vxor regnum suum debet contendebat, eo quod esset filia Odoardi, neptis Henrici Regis defuncti ex fratre, Philippus vero Castellæ Rex esset nepos Henrici ex sorore: & ideo ipsa, vt patrem representans, non Philippus, qui matrem representabat, ius ad regnum habebat ex communi iuris consiliorum sententia, dicentium in hæreditibus, non extantibus filiis, nec fratribus, nec patruis, nepotes ex diuersis fratribus & sororibus, patruo succedere in stirpes, non in capita. Pro Philippo Rege multorum iurisconsultorum opinio iudicauit.

Decimotertio queritur, an regnum, cum lege, vel consuetudine per successionem primogenito debet, ut a deum deferatur iure hæreditario. An potius genitris, sive sanguinis iure? Respondeo, iure sanguinis defertur, non iure hæreditario. Magnum enim est discrimen inter hædum duo, quia cum regnum filio iure tantum hæreditario debetur, tunc filius in regnum succedit, vt hæres; natura autem hæreditariæ successionis est, vt nemo possit ex parte agnoscere, & probare, & ex parte respue, & refutare ultimam voluntatem defuncti: ac proinde totam hæreditatem, vel admittere debet, vel repudiare. Item cum regnum solo iure hæreditatis filio debetur, potest pater regnum tanquam hæreditatis filiorum vni quem ipse malevit relinquere, & non relinquere pater regnum primogenito, vt hæredi, sed iure sanguinis; ac proinde potest tunc pater filium nuto minorum hæredem instituere: hæres enim instituit in aliis bonis, quæ pater ultra regnum habet. Quæs. Quando regnum iure tantum hæreditatis filio datur? Respondeo, cum pater electione, vel bello iusto, vel alia ratione regnum comparauit, non successione, tunc iure tantum hæreditatis regnum filii debet: cum vero lege, vel consuetudine per successionem regnum acquisit, tunc iure sanguinis debet primogenito regnum; quia lex ipsa, vel coniunctudo voluit, vt ad primogenitum transire. Hinc est, vt Constantinus Magnus tres filios hæredes Imperii reliquerit, quia imperia non iuste successionis acquisierat.

Attalus Philometor Rex Pergami cum liberis careret Populum Romanum testamento hæredem inservit. Apia. lib. de Bello Mithridatis, Instit. lib. 5.

Octauius Augustus Tiberium Imperii hæredem reliquit.

Alexander Magnus morti propinquus, cum rogaretur,

quem

quem institueret hæredem regorum, quæ acquisierat respondit, dignissimum.

David Rex non Adoniam, sed Salomonem natu minorum, regni hæredem esse voluit.

Eumenes Rex Romanis regum testamento reliquit idem fecerunt Nicomedes Rex Bithynie, Coctius Alpinus Rex, Polemon Rex Ponti.

Dicimoquarto queritur, An fœminæ in regno, vel principatis succedant? Respondeo, apud multas gentes esse vñ recipimus, vt fœminæ filia succedant, non extantibus filiis masculis. In hoc enim diversi sunt populorum, & gentium mores, instituta, & legest in Francia etenim lex Salica celebratur, hoc est, quæ inter Salios olim seruata fuit: vnde & nomen habuit, ne regnum Francie, sicut nec terra Saliorum ab hasta, sicut à lancea transire ad fusum, sive colum. Lex sic est: in terram Salicam fœminæ non succedant. Pro qua lege id facere dicunt, quod dixit Christus Dominus apud Lucam: Considerate lilia, quomodo crescent: non laborant, neque neno: quibus verbis Philippus Valefus regnum ademptus est. Ferunt enim contra legis Salicae oppugnatores tunc fuisse conclusum. Lilia Francorum non deberi nisi Nobilibus, qui non laborant: nec deberti, nisi masculis, qui non nent.

Alli vero negant, ullam vñquam fuisse talen legem Salicam. Sub Philippo Valefio Gallorum rege fuit magna contouersia, num fœminæ in regno Francie succederent, omnes Galli tunc defendebant causam Philippi, partim exlege Salica, partim ex consuetudine Francorum. Et pro Philippo proceres sententiam tulerunt, vt testantur, Appendix ad Annales Nangii Historici, Fossantes historicus, Ioannes Iuuenalis, Vrfinus Bellouacensis Episcopus, qui vixit tempore Caroli VI. anno Domini 1375. Certe Baldus illius etatis, in qua illa quam diximus, agitatatur contouersia, Jurisconsultus celebrissimus in l. Considari ff. de seculis suis scripsit: Si filia Regis Francorum non succedit in regno, ex rationabili consuetudine Francorum, filius eius, scilicet Dominus Rex Anglia inelyta recordatione, in regno Francorum nullum ius pretendere potuit, quia in causato non posset esse plus virtutis, quam procedat ab influenti potentia cause: Et si male successit Regibus Francorum, forte fuit propter aliam causam, qua erat in mente diuina, non propter ille, quæ est clara pro Rege Francorum. Sic ille, vbi causam Philippi Valefii defendit non ex lege Salica, sed ex consuetudine Francorum. Galli ægre ferunt, si quis neget ullam eis talen legem Salicam, quia historici, inquit, veteris legis Salica apud Francos recepta meminerunt. Sigibertus in Chronico anni 422. Otho Frisingen. lib. 4. cap. 32. Gulielmus Nangius in Annalib. anni 425. Eginarthus in vita Caroli Magni, Hermannus Comes in Libello de origine Francorum. & alii, quo citat Jacobus Spiegel Salicadiensis in Lexicatu, in verbo Salica, videlicet Ioannes Trithemius, Conradus Pettingerus, Paulus Valzius. Ceterum Angli scriptores aucti confitunt esse legem Salicam à Gallis gratia Philippi Valefii. Alii volunt, mendos dici legem Salicam pro Gallica. Certe Sigibertus, Otho, Eginarthus, Hermannus Comes, & Nangius, aut qui ad illius Annales Appendicem addidit, testantur, Francos anno 420. vii conceperisse duabus legibus, scilicet legi Salica, & Francica, & legem Salicam dictasse quatuor gentis Gallicæ proceres electos ex pluribus, quos Sigibertus nominat Vlogast, Balogast, Salagast, Widigast: & Hermannus dicit duas leges habuisse Francos, Salicam, & Francicam, quibus nullus regum ante Carolum Magnum aditere quidquam tentauit. Sed hi Auctores non meminerunt legis Salicæ, quæ statuit, ne fœminæ in terram Salicam succedant: nam leges Salicæ sunt multæ. Iudicatum itidem est contra filiam Ludouici Hutini vxorem Caroli Comitis Ebriocensis: quæ post mortem patris sola superest, eo sine masculis mortuo, perebat regnum Francie, & Nauarræ, cuius rex erat etiam pater, statutumque secundum consuetudinem est, eam repellere à successione in regno Francie, quod illud non nisi masculis deficeretur: & delatum est regnum

Azer. Inflit. Moral. Pars II.

Philipp Longo eius patruo fratri Ludouici Hutini: datum autem est illi filie regnum Nauarræ, quod iure successionis transferri ad hæredes cuiusque sexus solet. Deinde cum Philippus Longus Rex mortuus esset, reliqua filia, quam dederat in matrimonium Comiti Atrebateni, alius frater eius Philippus dictus Carolus Pulcher, in regno successor exclusa filia. Et ita tres fratres, scilicet Philippi Pulchri, quem Philippus III. filius Sancti Ludouici generar, nimis Ludouicus Hutinus, Philippus Longus, & Carolus Pulcher, regum ordine successivis, non extantibus filiis masculis, qui decesserant, obtinuerunt.

Carolus Pulcher cum obiisset reliqua uxore prægnante, Philippus Valefius administrator regni constitutus est, nepos Philippi III. filii Sancti Ludouici descendens ex Carolo Valefio filio Philippi II. excluso Odardo III. eius nominis rege Anglie ex Isabella filia ipsius Caroli Pulchri, quæ superest erat generata, quamvis propinquior esset Isabella, quoniam Isabella erat filia Caroli Pulchri regis demortui, & Philippus erat patruelis eiusdem Caroli Pulchri. Mortuo deinde posthumo Caroli Pulchri, excluso Anglo, Philippus Valefius coronatus est Rex ex procerum iudicio, & sententia cui subscripti Odardo Rex Anglie. Duo fuerunt exempla ante Carolum Magnum, quibus ostenditur, fœminas in Regno Francie non succedere.

Primum exemplum est: Childebertus Rex Francie liberos masculos non habuit, sed filiam, frater ei fuit Clotarius. Childebertus itaque grandis natu senio, & agitudine grauis sponte sua regno cessit, & Clotarius frater eius, & deinde liberi prætermissa fœmina filia Childeberti, in regnum succellerunt, cum paulo post obiisset ipse Childebertus. Alterum exemplum. Chereberto Rege Francie mortuo, Sigebertus, Chilpertus, & Guntianus fratres eius, Regum iacte se diuiserunt exclusa superstite filia.

Hæc duo exempla videntur probare, legem Salicam in Francia fuisse, liquide tunc fœminæ à Regno exclusæ furent, & cum id tunc factum non sit ex consuetudine, quæ nulla eo tempore erat, videtur factum esse vi legis. Quamvis vero lex diuina vetus extantibus filiis masculis, filias ab hereditate parentum excluderet, non tamen idcirco filiae ab hereditate repellebantur, si nullus filius adesset. Item filia in feudo non succedit: dicitur enim in cap. 1. de his, qui feendum dare possunt, lib. 1. Feudorum: [ Licet filia, vt masculi patribus succedant, legibus tamen à successione feudi remouentur, similiter & eorum filii, nisi specialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat.] At vero apud gentes, si paucas excipias, non legitimus filias ab hereditate parentum prohiberi, cum filius masculus nullus est. Solum apud Lacedæmonios fuit lex similiis legi Salicæ, quæ vtuntur Galli: ait enim Amilius Probus in vita Achilai. Mos est à matribus Lacedæmoniis traditus, vt duos haberent semper reges nomine magis, quam Imperio ex duabus familiis, Procli, & Euriphemis: qui principes ex progenie Herculesa Sparta reges fuerunt: horum ex altera in alteris familias locum fieri non licet. Itaque utrumque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur, qui natu maximus esset ex liberis eius, qui regnum decesseret. Si in virilem sexum non reliquisset, tunc delegabatur, qui proximus esset propinquitate. Quidquid sit de lege Salica, constat in regno Nauarræ, Scotie, Castellæ, Anglie, Hierosolymæ à potestate Saracenorum recuperata, fœminas non extante virili prole succedere, vt infra exemplis ostendam.

### C A P. III.

#### De creatione Regum, qua sit per electionem.

Primo queritur, Quot modis creantur Reges per electionem? Respondeo, multis modis: Aut enim forte deliguntur, aut creantur electione omnino libera, hoc est, non restricta ad certum genus personarum, aut restricta,

Kkk a ita 42

itavt non sit simpliciter libera, & absoluta. Olim sex illi primi Romanorum Reges per electionē creati sunt. Tarquinius enim Superbus cognomento, regnū rapere maluit, quam sibi oblatum expectare. Postquam etiam Imperatores regnare cōperunt, partim quidem à senatu, partim ab exercitu militum, partim a Prætorianis milibus, partim à Populo, partim ab ipsis Imperatoribus eligebantur. Nunc Poloni in Comitiis Procerum, & Nobilium reges eligunt. Olim in Italia Reges Longobardorum electione cœabantur, ut patet ex historia Signori dergno Italiæ. In Hispania quoque antequam occuparetur à Mauris, reges Gothorum, suffragio Procerum, & populi eligebantur. Vnde in Concilio Toleano V. can. 3. dicitur: *Si quis ad Regie Majestatis ambit porneire fastigin, quem electio hominum non proficit, nec Gothica gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, si confirto Catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnatus.* Hæc ibi. Porro electio aliquando est populi, sius senatus, aliquando Procerum, aliquando Nobilium, consensu tamen expresto, vel tacito populi liberi superioriē in temporalibus non habentis.

Secundo queritur, Quis in Regem in Christianorum regnis eligi iure non possit? Respondeo, aliquo iure naturali, & diuino, vel Canonico impediti, ne in reges eligitur. In primis:

Is, qui natura demens, vel insanus est, iure naturali ineptus est ad regnum administrandum, cum perpetuo fit mentis inops. Deinde in electione sui consensum præbere non potest: & tamen is, qui eligitur ad officium aliquid scindendum, electionem acceptam, & ratam habere debet: non enim nisi volens eligitur.

Item iure diuino naturali in Regem eligi committetur nequit is, qui Christianus non est: sequuntur enim per multa absurdā cōmuniter, & ideo per Mosen dixit Deus: *Eum constitues (scilicet regem,) quem Dominus Deus tuus elegit de numero fratrum tuorum.* Non poterit alterius genus hominum regem facere, qui non sit frater tuus. Fratrem eo loco Deus appellat eum, qui eiusdem est religio.

Id etiam ipsa ratio naturalis ostendit: nam periculum esset, ne Christianus populus, vel fraudibus, vel insidiis deceptus, vel vi, & minis coactus ad Paganismum, vel superstitionem gentium traheretur. Item Paulus Apostolus Corinthios reprehendebat, quod lites inter se habent, & ad iudices Paganos, siue à fide, & religione Christi alienos vocarent fratres, & non potius vulgarem hominem ex ipsis aliquem huic negotio destinarent.

Quæres, An Hæreticus possit in regem eligi? Respondeo, eodem iure diuino naturali Hæreticum committere prohiberi, quo minus eligatur Rex: primum, quia licet Baptismatis aquis ablutus sit, nihilominus extra Ecclesiam est, quia à fide Catholica defecit. Deinde quia Christus Dominus dixit: *Si Ecclesia non audierit, si tibi sis Ethnicus, & Publicanus: & B. Paulus Timotheo precipit: Hæreticum hominem post unam & secundam correctionem denixa: & S. Ioannes: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis, qui enim dicit illi Ave, communicat operibus eius malignis.* Accedit, quod reges sunt Ecclesiastarum proectors, propagatores, & defensores: at Hæreticus qua ratione erit Ecclesiastarum propagator, & defensor? Ius etiam naturale vetat, ne Hæreticus eligatur, etiam si excommunicatus non esset, ob id scilicet, ne populum subuerat: sedmo enim Hæreticorum, Paulo teste, ut cancer serpit.

Iure quoque Canonico Rex eligi non possit, qui est excommunicatus, in cap. Venerabilem, de elec. vbi cum Pontifex dixisset, Conradum eligi in Romanam Imperatorem non posuisse, ita subiunxit: *Sent enim notoria impedimenta Ducis, scilicet excommunicatio.*

Item excommunicatum publice denunciatum vitare iure Canonico debemus, ergo eum in Regem eligere iure non possumus.

Tertio queritur, Quomodo & quando possit forte Rex eligi? Olim aliqui reges fuerunt forte delecti. Myr-

silius Lesbius libro de Bello Pelasgico refert, Anim Mo-  
num, genitus Lydo, & Tuuem filii, cum regnum neque  
duos caperet, neque sterilitas ingentem multitudinem  
pateretur, sorte iacta, Lydum successorem designasse. Iu-  
fin. lib. 1. & Herodo. l. 3. narrant Darium Hyrcanis filium,  
quasi sorte quadam Regem Persarum creatum fuisse. Nam  
cum septem viri, Magos fratres, qui regnum per fraudem  
occupauerant, occidissent, & deinde contendenter inter  
se, quis illorum Rex esset futurus, tandem conuenierunt in  
hoc, ut sub ortu solis equos concenderent, & cuius e-  
quis vocem primus edidisset ad ortum solis, is regnum  
obtineret. Et Darius equus auxilio, vel arte, primus oriente Sole hinnitum edidit: & tunc ceteri deflentes equis,  
cum Persarum Regem consuluntur.

Memorat idem Iustinus libro undecimo, Regem Phry-  
gium nomine Gordium, electum fuisse hunc in modum:  
Post nuptias, inter Phryges orta sedicio est: consulenti-  
bus vero per vim discordium, Oracula responderunt.  
Rege in discordiis opus esse? Querentibus deinde de per-  
sona Regis, responsum est, Regem eum salutarent, quem  
reuecti in templum Iouis primum cunctem in plauso re-  
perserint. Obuius illis fuit Gordius: quem statim Regem  
consuluntur. Scribit Herodotus libro 4. in principio, Scy-  
tharum primo Regi Targitao tres filios fuisse, quibus re-  
gnantibus, demissi in Scythicam Regionem fuerunt ar-  
atum, scutis, iugis, phialis, omnia ex auro facta, in qui-  
bus forte Monachæ verlaci exitus oprobriavit: si-  
quidem cum illa primus omnium inspexisset natu maximus,  
& vellet auferre, artifice ferunt. Id quoque secundo  
accidisse, quare ambobus ab ardenti auro submotis, cum  
tertiis natu minimis accessisse, aurum fuisse extinctum,  
& ab illo expectatum, & ita regnum ad filium natu mini-  
mum peruenisse.

Deserit etiam Crantzus lib. 1. VVandalie, electionem  
regis Bohemiae Primislai in hunc modum. Libusla Regi-  
na Bohemæ coacta à proceribus el gere sibi maritum, re-  
spondit, eum se electuram (nescitur autem an oraculo ad-  
monita, an vt talen ruficum sibi eligeret, cui imperare  
posset) iusit ornari equum gradarium, cui proficisciens  
insidiebat, illum sequi praecedentem proceres iuber, apud  
quem ille consisteret quiescens, si ferrea de mensa illam  
refici conficeret, Regem suum consuluntur. equus  
ornatus per campos abibat solus in sequente turba, do-  
nec in meridiē deprehenderet hominem ex labore fessum,  
sic refectionem in agro quem arabat, reponentem, qui  
verterat aratum, & ferum splendens ex fulco, ac in plati-  
nitatem possum, pro vase habebat. Quem cum cerneret  
iumentum, stetit immobile. Tunc vero proceres cum  
coegerunt equum ascendere, & duxerunt ad Reginam:  
quem illa accepit in maritum: & hic dictus est Primislau.  
Hac eadem refert Aeneas Sylvius lib. de Historia Bohemica  
cap. 6. Teste Plutarchi Orat. 2. de Fortitudine Alexandri,  
apud Argiuos defecerat Heraclidarum genus, ex quo re-  
gem habere soliti sunt. Requirentibus vero Argiuos Re-  
gem, oraculum respondit, Aquilam non starum. Et pa-  
cis post diebus aquila volitabat: & demisit se, con-  
dit in ædibus Ægonis, & ita Ægon creatus est Rex.

Sors itidem cursu commissa est in electione regis Eli-  
dis. Enthymion enim secundus rex Elidis, tres filios ha-  
buit, quibus proposuit cursus certamen in Olympicis. Vi-  
ctor fuit Epeus, ac proinde Rex constitutus est, & ab eo  
populi dicti sunt Epei. Pausanias lib. 5.

Porro electio per sortem cœca, & incerta est, ac proin-  
de nonnisi Dei instinctu, & voluntate probata Regibus,  
& principibus conuenit. Samuel i. Reg. cap. 10. sorte diuina  
Saulen elegit. Applicuit, inquit, Scriptura, omnes tribus  
Israel, & ecclitifors super tribum Benjamin, congregato populo  
per tribus, & familias. Rursum applicuit tribum Benjamin, &  
ecclitifors super cognationem Metri, & peruenit usque ad Sau-  
lum filium Cis. Certe sortibus in Regum, & Magistratum  
etiam Civilium electione videntur non est, nisi forte duo,  
vel tres prius suffragii eligantur, de quorum prudentia,

sapien-

sapientia, consilio, & virtute prius conficerit: inter quos, quia pares sunt, poterit sors mitti. Sic enim in iudicis, quae ambigiam causam habent, quia contenduntum patres rationes sint, fortibus controversia dirimi potest.

Quarto queritur, An Romani Pontificis auctoritate possit Rex institui, vel creari? Respondeo, posse Papam nomen, diadema, ius, & titulum regium dare in certis quibusdam casibus. Primo, cum princeps est Romanæ Ecclesiæ nomine, & iure feudi subiectus: tum potest Papa cum Regem instituere. Sic Sicilia Rex est institutus ab Innocentio 2. Rogetius 2. ut teſtan. Sigan. Maurolyco Abbat. & Phazellus, cum tamen antea eſſet Comes Sicilie, Dux Apulie, & Calabrie. Sic etiam est creatus Rex Neapolitanus auctoritate Clementis IV. Carolus Andegauensis, & Prouincie Comes, frater S. Ludouici Regis Francorum, ut conflat ex Sigonio, & Maurolyco Abbat.

Secundo, cum Rex, vel princeps vili superiori subiectus regnum, vel principatum offert Romanæ Ecclesiæ in honorem, & cultum sancti Petri, & vult sceptrum, & diadema, ac titulum regium accipere, & habere à Rom. Pontifice. Sic accepit, & habuit S. Stephan. Hungariae Rex. Bonfinius de rebus Hungaricis.

Tertio, cum Papa abrogat Regius, & titulum regium, ob haeresim, vel schismata, vel alia crima tali pena digna, potest alteri Catholico principi huiusmodi ius, & titulum regium conferre. Sic Leo III. ob crimina Imperatorum Constantinopolitanorum, Carolum Magnum occidentis Imperatorem creavit. Blondus, Platina, Sabell. Nauclerus, Sigonius. Sic etiam auctoritate Papæ, ob tyrannidem Berengarii, factus est Rex, & Imperator Romanorum Otho I. cognomento Magnus. Blond. & ceteri supra cit.

Quarto, cum tota aliqua Paganorum prouincia libera eſt, id eſt, superiorem non habens, sponte sua, Christi fidem, & religionem amplectitum, potest Papa ei praeficere Christianum Principem cum iure, & titulo regio, qui eos Christianos tueatur, & defendat.

Quinto, si rex Christianus suis sumptibus, & impensis alias Paganorum prouincias ad Christi fidem converterat, & Princeps carum Ebnicus nolit Christianis dominati sine iniuria Salvatoris, tunc auctoritate Summi Pontificis circa scandalum, potest principatu & regno priuari, & Christianus princeps confitui, cum iure, & titulo regio. nam eadem ratione, si alter coniugum ex Paganismo ad Christianismum converterat, & nolit alter coniux Christiculus cum eo habitare sine iniuria Creatoris, liber eſt à matrimonii vinculo coniux conuerterit ad fidem.

Sexto, ob haeresim, vel schismata, vel alia crima pernicioſa communi ſalvi, & bono reipublice potest Summus Pontifex Princepem suum regem Christianum priuare iure, & titulo regio, & deinde concedere, ſue reſtituere. Olim Gregor VII. Boleslaum Polonia regem eo nomine II. diris execrationibus deuouit, & ſolenni ritu regio titulo priuauit, eo quod occiderat impie Stanislau Cracowen. Episcopum, anno Domini 1179. Edixit quoque ne Episcopi in posterum regem al quam in iuſſu Roman. Pontificis inungenter, & coronarent: vnde ex tempore Principes dicebantur, non reges, qui in Polonia dominabantur. Postea à Ioan. XXII. imperarunt Poloni, vt Vladislau regium diadema, nomen, & titulum habet. Cram. de rebus. Polon. partim lib. quarto. partim lib. undecimo.

Quinto queritur, An Imperator Romanorum potest regem creare? Respondeo, si princeps aliquis, vel Dux fuerit Imperatori nomine, & iure feudi, vel aliquo alio titulo subiectus, posse Imperatore ei regium nomen, & titulum, ac diadema concedere. Potest itidem regiam coronam, & titulum dare principi, qui petit ab eo regium diadema, & titulum. Sic olim reges Armeniæ, & Cypri coronabantur auctoritate Imperiali, ut ait Crantzus in Saxonia lib. 7. cap. 12. quia id ipsi reges ab Imperatore efflagi-

tauerant. Otho III. Boleslaum e nomine primum Polonis regem declarauit, regio diademe donatum, anno salutis 1001. Cramerus de rebus Polon. lib. 3. Henri. IV. Vratislaum Boemæ Ducem Regem Boemorum instituit ann. Domini. 1086. Ann. Syli. in Historia Boemorum cap. 22. Cram. lib. 5. de rebus Polon.

Sexto queritur, An regnum potest præscriptione comparari? Respondeo, distinguendum eſſe. Aut enim sermo eſt, de eo, qui per vim, aut bellum iniustum regnum occupauit, & hic nunquam potest regnum præscribere, quoniam semper eſt malæ fidei poffessor. Vnde Institut. de Vſucatio. §. Furtiva, dicitur: Furtiva quoqueret, & qua vi poſſeſſa ſunt, nec ſi predicto longo tempore bona fide poſſeſſa fuerint, vſucapi poſſent. nam furtuarum rerum lex 12. Tabularum, & Lex Atrilia inhibent vſucacionem vi poſſeſſarum: Lex Iulia, & Plautia: aut sermo eſt de herede, qui in regno ſuorum Maiorum ſuccellit: & is ſi mala fide ſuccellit, videlicet ſciens partum eſſe regnum à ſuis Majoribus per vim, aut bellum iniuquum, nunquam etiam præscribit: neque enim cum mala fide præscriptio procedit. Quod ſi is hæres bona fide in regno ſuccedit, potest præscribere longissimi temporis ſpatio, niimirum, triniginta, aut quadraginta annorum, ut colligitur ex Glosſa Inſtit. de Vſucatio. §. Furtiva, in verbo, Predicto longo tempore, & ratio huius eſt, quia in bona fide ſuccedit, & titulum habet, videlicet hereditariam ſucessionem: putat enim hæres bona fide, ſe à ſuis maioribus regnum acceſſe. Obiitices, Inſtit. de Vſucatio. §. Furtiva, haberit, rerum furtuarum, & vi poſſeſſarum Vſucacionem eſſe non poſſe, non ſolum hoc ſenſu, ut ipſe fur, vel qui per vim poſſidet, vſucapere non poſſit, ſed nec illius aliis, quamvis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi ius habet. Respondeo, cum Glosſa loco ſupra citato, vſucapiendi ius non haberi tempore triū annorum, vel decem, vel viaginti: poſſe tamen vſucapere ſpatio triniginta, vel quadragesima annorum.

Secundo obiitices: Ex dictis colligi, Turcas, & Saracenos poſſe præscribere regna Christianorum, qua poſſident; quia eſi primi Turcae, vel Saraceni ea per vim, vel bellum iniuquum occuparunt: iij tamen qui modo regnant, illis iure hereditario ſuccellentur: Respondeo, eos nihilominus eſt mala fidei poſſefſores: ſciunt enim fuſile regna Christianorum, & abſq; vii iure fuſile Christianis erēta: Sed vt dixi, cum mala fide præscriptio nou currit.

Dices; etiam Gothi per bellum iniuquum Hispanias, & Franci Gallias, Angli Britanniam, & Hungari Pannoniam occuparunt? Respondeo, huiusmodi regna præscriptione comparari potuſſe, quia bona fide reges ſuccellerunt, cum notum illis non eſſet ea regna fuſile à ſuis maioribus, vel per vim, vel per bellum iniuustum occupata.

Sciendum etiam eſt, regna vi, vel bello iniuusto acquisita, poſſe bona fide poſſideri, ſi communibus reipublice suffragiis Rex ipſe denuo institutatur, & creetur: nam populus quamvis initio vim paſſa fuerit, ſuccellit temporis tamen ſcienſ, ac volenti omni metu, & vi ſublata potest principem vel regem denuo ſuſcipere. Sed tunc regum præscriptione non acquiritur, ſed populi suffragiis, & communis procerum conſenſu.

#### C A P. IV.

*Qua ſint iura Regum, qua dicuntur  
Regalia.*

Primo queritur, An id quod ſcribitur 1. Regum capit. 8. contineat ius regale. Verba ſcriptura haec ſunt: Hoc erit ius Regis qui regnaturus eſt in vobis: Filios uestros tolleret, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites, & praecureſes quadrigarum ſuorum, & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armo-

rum, & currum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas: & agros quoque vestros, & vienes, & oliueta optima tollit, & dabit seruissus, sed & segues vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchus, & famulus suis: seruos etiam vestros & ancillas, & viuenes optimos, & asinas auferet, & ponet in opere suo; greges quoque vestros addecimabit, usque eritis ei vestri. Sicibi.

Hæc quæstio quotidie apud aulicos, & procuratores regios agitur, in qua re non defunt, qui Regibus adulentur, & prædicta omnia, ad ius, & potestatem Regis legitimam pertinere censeant. Sed reuera falluntur, ac longe aliter Dominus præcipit Deuteronomii 11. & Achab Regi 10. reprehendit, quod vineam Naborum concupiſſer, & abſtulerit: & David fuit diuinitus punitus, eo quod populum numerauerit. Cum enim populus numerabatur, quisque certain pecuniam solueret debebat. Est ergo David punitus, quod populum ad pendendum tributum coegerit, cum id necessitas minime postularet. Niſi dicere velimus, cum non fuſſe punitum ob recensitum populum, sed ob superbiem, & inanem gloriā, vel quod ea numeratio, & recensio populū caute, & prudenter facta non fuerit, ut debuerat: ne cladem vilam afferret, alioqui enim Regi licebat recensere populum, ut patet ex lib. Exodi cap. 30.

Sententia igitur eorum verborum, quæ attulimus ex cap. 8. tertii Regum hæc est: (*Hoc uies erit Regis*) videlicet, non legitimum, & iustum, sed quod ipse sibi Rex vendicabit. Petierant Iudei Regem, ut essent sicut cæteræ gentes, quæ reges habebant: sed merito respondit Samuel: Hoc erit ius regis, nempe tyrannicum, quale ille soleret regum, qui cæteris gentibus dominantur. Erant enim tunc rælatum gentium regna barbara, fera, & tyrannica, quarum gentium reges potestate abutebantur, & a subditorum personis pro arbitrio suo dominabantur. Quamvis negandum non sit, Regem ius habere, videnti subditorum perlonis, & bonis, quando id communis recipublicæ necessitas postularit.

Secundo queritur, An allicui sit explicatum, quæ sint iura regalia? Respondeo in libro secundo Feudorum tit. 56. cap. Quæ sint regalia, habet sic: Regalia, armandie, via publica, flumina nauigabilia, aut ex quibus sunt nauigabilia, portus, ripatica, vettigalia, que vulgo dicuntur telonia, moneta, & mulclarum, ponarumque compendia, bona vacanta, que ut ab indignis, legibus auferuntur, nisi que specialiter quibusdam conceduntur, & bona contrahendum incertar nuptiae, condonato rum, & proscriptorum, secundum quod in nono Constitutionibus cauetur, Angiarum, perangiarum, & plaustrorum, & nominum prestatio, & extraordinaria collatio ad felicissimam regalum numinis expeditionem; Potestas constituerendorum Magistratus ad insitum expedendarum; Argentaria, & palatia in ciuitatibus consuetis pisticationum redditus; Salinarum, & bona committentium crimen Mæſtatis, & dimidium Theſauri in loco Casaria inuenti non data opera, vel in loco religioſi; Si data opera, totus ad eum pertinet. Sic ibi. Singula corum expendamus breuiter.

Armandie. Quidam codices legunt *Archimandria*. hoc est, Principatus gregis, seu agminis, quasi dicat, ius esse principis, ut ex armis animalium præcipua capita ipsi principi, ac Regi debeat. Sed melius alii codices legunt, *Arnandie*. Vocabulum quidem hoc barbarum est, idem ramen signat, quod Latinum nomen Armamentarium. Armamentaria vero sunt, depositaria armorum, præfertia navalium, machinarum, tormentorum, funium. Armamentarium vulgo dicitur Arſenale. Semper solita est respublica loca habere, in quibus instrumenta bellica fabricantur, reponuntur, alſeruntur, quæ deinde belli tempore milibus subministrantur. Princeps prohibet ne priuati arma penes se habeant, hoc est, instrumenta bellica, ut omnis tumultus, sed tiois, & belli occasio præcidatur. Hinc est, ut regale ius sit potestas indicendi bellum, ſuscipiendo, & gerendo contra hostes. Sic enim

Regum sunt armamentaria, ſic etiam Bellorum gerendorum potestas.

Via publica. Publicas vias Græci vocant *Bœonikas*; hoc eſt, regias: Latini vero, prætorias, vel confulare, vel militares, vel publicas: quæ viae distinguuntur a priuatis, agrariis, & vicinalibus: *Hac omnia habentur in loco publico*. Præter, & viarum quadam ff. Ne quid in loco publico, Publicæ vero res dicuntur, que tantum ſunt propter publicum viſum, unde populus, vel alius priuatus, ſine auctoritate Principis viſum publico obſtare non potest.

Quæ vero inueniuntur in viis publicis, & habentur pro derelictis, ſunt quodammodo Principis, quatenus ea potest applicare Monasterii, Magistribus, vel dignitatibus. Publicæ viae dicuntur eſſe Regum, quia in eis iurisdictionē habent, & eas tueri, & conseruare debent: alioqui eum viſum eſt omnium hominum communis. *Glossa* 1. *Quadam ff. de rerum diuīſione*.

Flumina nauigabilia, & ex quibus ſunt nauigabilia, portus, & ripatica. Quemadmodum in terra viae publicæ, ſunt Regum, ita viae per aquam publicam, Regū quoque ſunt. Naturali iure communia ſunt omnium, aqua profluens, mare, & aer. 1. *Quadam ff. de rerum diuīſione*. & *Inſtitutio de rerum diuīſione*. 9. Et quadam: vnde genitrix, & lapilli, quo mare procreat, ſunt omnium hominum communes. At vero Regis ſunt flumina nauigabilia, ſue perennia, hoc eſt, que in aestate, & hyeme fluunt. Sive humina publica, & portus, ripa, & littora. Res communes dicuntur, quæ viſum communem, & brutis anima libos, & hominibus præbent. Reipublicæ ſunt, quarum viſum eſt omnium hominum communis, ethi proprietas, iurisdictio in eis, custodia, & cura tuendi, & conſeruandi cas, ad Regem spectat. Flumina peue omnia publica ſunt, ait *Iurisconsultus* in 1. *Venio ff. de Fluminibus*: aliquæ tamen priuata ſunt, 1. 1. §. *Fluminum ff. de Fluminibus*. Priuata ſunt, que ad tempus fluunt. *Glossa* in leg. *Venio, citata*.

Ac proinde leges regis ſunt, ut si vi tempeſtatis, ſue naufragii, ſue alio modo ex matri ſes aliquæ impellatur in litus, huic nauis ſit, ſine aliud quippiam, ad Regem pertinet, ſi intra sex hebdomadas, imo aliquando ſi intra ſex dies non compareat, qui cam rem repetere queat: extant plures Iurisconsultorum leges, quibus prohibentur poſſelores prædiorum circa portus, & littora, & ripas quippiam capere ex mari appulsum nauibus spoliatis, ſubmersis, diſoluis, diſipatis, naufragium paſſis: niſi naues, aut res piratarum ſint. 1. *Quæ naufragium. l. Padius. l. Si quis lex pugnat. l. Ne quid ff. de Incen. runa, naufragio*. Hinc etiam eſt, ut refectio, ac reparatio portuum, littorumve ad Principem spectet. Olim ius pifcandi in mari omnium hominum commune erat: at nunc Principes maritimi, & littorales id iuri ſibi referunt ob impensas, & ſumpſus, quos faciunt in reficiendis, & tuendis portubus, & littoribus. Item, pificationes in fluminibus publicis ſibi ſolent Principes, & Reges vendicare, & priuatis pretio vendere.

Vettigalia. Ius regum eſt noua tributa, & vettigalia impone, augere, addere, & diminuere: ſed hoc nonniſi ob cauſam, ſue neceſſitatem communem: nam regis eſt curare, ut respublica pacate, & tranquille viuat, libera tumultibus, ſeditionibus, bellis: qua ratione tributa exigit. Item curare, ut viae publicæ tutæ ſint, ac proinde à via toribus iure potest vettigalia poſtulare, & ea, que vulgo dicuntur, pedagia, guidagia, gabella.

Moneta. Ex Regis auctoritate pendent moneta leges. Regum eſt potestas fabricandi, cuſendi, mutandi, augendi, minuendi monetam, eiusque preium, & aſtimatiōnem: & graues penas humanae leges conſtituunt in eos, qui sine principis auctoritate monetam cuſidunt, adulterant, radunt, tingunt, aut deformant. Ac ſicut Regumius eſt moneta cuſendæ, ſic & Regis potestas eſt legi condendæ, abrogandæ, mutandæ, declarandæ, interpretandæ, moneta enī eſt velut quædam lex.

Mulclarum, ponarumque compendia. Hinc eſt, ut ex Regis iure, & auctoritate pendeat potestas concedendive-

niam

niam delictis, & minucudi pœnam legibus præscriptam. nam qui legem condit, & pœnam constituit, legis rigorem temperare, ac mitigare potest. Ex quo sit, ut Rex possit aliquos leges solvere, priuilegia præter & contra legem quibusdam concedere, natalibus legitimis restituere eos, qui ex ius nuptiis nati non sunt.

*Bona vacantia.* Hoc nomine multa continentur: videlicet ea, que priuato domino carent: ut sunt bona eorum, qui sine testamento, & sine legitimo hærede decedunt l. & l. Vacantia. C. de bonis vacib. lib. 10. Bona sine hærede, dicuntur esse sine domino, & proinde bona vacantia sunt. Item res mobiles, sine immobiles, que à nullo possidentur, vel pro derelictis, & incultis habentur, ad principem, vel ad tempublicam pertinent l. & l. fide iure fisci. Telle Strabone, olim Romani Imperatores Magistratum constituerunt, qui per Egyptum inquirerent, num bona aliqua essent vacantia, ut possessiones desertar, hæreditates sine hærede, detraha domus, vel aliae res sine domino: ut hæc, & similia bona domino Cæsaris addicteantur.

*Bona contrabentium intestas nuptias.* Generaliter confiscationes bonorum propter certa crimina, cuiusmodi sunt incesta nuptiarum, armorum ad hostes delatio, delictum læse Maiestatis, heres, & crimen eorum, qui metu feceris conscientia tacti scipios intermixtum, non per insaniam, vel impatienciam, vel dolorem. C. de bonis eorum, qui mortem sibi concuerunt: hec, inquam, bona, ac similia, ad Regem pertinent. unde Regis est fiscum habere. Olim bona damnatorum, & proscriptorum hominum confiscabantur: sed nunciū communī seruatur id, quod habetur in l. Bona. C. de Bonis proscripto.

*Et angariarum.* Qua ratione vestigalia, quæ sunt exactiones quædam, sive pensiones, quas solunt viatores pro seruitute viarum, pro reparacione pontium, aut similiū, quæ vulgo dicuntur portoria, pedagia, guidagia, & eadem angaria, & nauium, & plaustrorum exactiones, in taregalias dicuntur. Et generatim, quidquid extra ordinem penditur ad felicissimam Regis expeditionem, juris regalis esse perhibetur.

*Potestas constitutendorum Magistratum.* Regis est Magistratus creare, prætoria, & tribunalia iudiciorum publici caula constituere: Regum enim est leges dare, & ius dicere. Hinc est, ut omnis iurisdictio, qua in regno aliquibus conuenit, à Rege existat, & pendeat. Et siue Regis est Magistratus creare, sic eorum numerum augere, iurisdictionem prorogare, restringere. Hinc etiam sit, ut ad Regem quique possit à quibuslibet iudicibus, & Magistris appellare. l. Imperatoris ff. de Appellat. & l. l. C. Quando Imperator inter pupilles, & viduas, vel alias miserabilis personas cognoscet. Dubia questionis est, An Rexiure queat vendere publica Magistratum, & iudicium officia? De hac quæst. agam par. 3. cum de empione, & venditione tractabo.

*Piscationum redditus, & Salinarum.* Salina, est locus, in quo sal effoditur, aut aqua marina paratur septe Plenio lib. 31. cap. 7. Porro ad Regem pertinent fodinae salis, aut agenti, aris, ferri, & cuiuslibet alterius metalli: ut alio in loco latius ostendam: de his enim variae sunt Regum leges.

*Et dimidium thesauri.* Thesaurus, est pecunia ab ignotis dominis supra hominum memoriam deposita l. Nunquam nuda, §. Theaurus, ff. acquir. rer. dominio. Si quis aliquid, vel lucri causa, vel metus, vel custodia, vel honoris, ut in sepulchris mortuorum, sub terram considerit, thesaurus non est: nam thesaurus in nullius bonis est, & ideo inuenientis, & capientis efficitur naturali quadam ratione, & æquitate. Ea etenim, quæ in nullius bonis sunt, ut aues, pilces, feræ, sunt capientis, Infirmitudo de rerum diuis. §. Fora. Thesaurus itaque magica arte inuenientis in proprio etiam fundo, est Cæsaris, & fisci. l. l. C. de Thesauri. lib. 10. l. Nemo. C. de maleficiis, & Mathemat. de qua lege dubitatur, an sit tantum pœnalis, sed alterius est instituti, ut alio in loco

docebo. Inuentus vero thesaurus absque villa arte magica in proprio agro, totus fit inuentoris: In altero vero, data tamen opera, totus ad dominum fundi pertinet.

Si vero sit casu repertus, dimidia pars cedit agri domino, altera dimidia inuentori, Infirmitudo de rerum diuis. §. Theaurus, & sanctus Thomas secunda secunda, quæstio. 66. art. 5. ad 2. Que etiam leges, an solum pœnales sint, in alio loco disputabo. Si inuentus sit data opera thesaurus in loco religioso, vel sacro, videlicet, qui locus sit communis, non proprius alienius Ecclesie, Cœnobii, vel priuati hominis, dimidia pars eius ad fiscum pertinet l. Non intelligitur. §. Si in locis ff. de iure fisci. Si fortuito inuentus sit, totus est inuentoris, Infirmitudo de rerum diuis. §. Theaurus: quia locus religiosus, vel sacre in nullius est patrimonio, secundum veterem Romanorum morem; voluit Iustinianus Imperator, ut thesaurus in eo loco repertus, totus esset inuentoris.

At vero ante Iustinianum in l. Non intelligitur. §. Si in locis ff. de iure fisci. decretum fuerat, ut pars dimidia Thesauri inuenti in loco sacro, vel religioso, fisci esset. Regi etiam leges alicubi habent, ut Thesauri quocumque in loco repertur, Regi acquirantur, data quinta, vel quarta parte eius inuentori.

Et certe consuetudine ubique fere receptum est, ut thesaurus inuentus, ad Reges, & fiscum pertineat, ut instantur Paludanus in quarto, distinct. decimaquinta, quæst. 5. artic. 5. conclusione prima, Antoninus part 2. titul. 1. cap. 15. §. 2. Caetanus secunda secunda, quæst. 66. art. 5. ad 2. Conarruimus in regula. Peccatum, parte tercia, §. 2. numer. 4. Alphonsus Caetensis lib. 2. de lege pan. cap. 2. Et quamvis Sylvestris in verbo. Inuentum, quæst. 6. numer. 13. quem sequitur est Scetus lib. 5. de Iust. quæst. 5. art. 3. ad 2. damnet hanc consuetudinem, tanquam pugnante cum naturali æquitate, quæ prescribit, ut ea, quæ in nullius bonis sunt, primo occupantis propria fiant; damnanda tamen non videtur, ut Sylvestris, & Sotus immerito damnarunt; quia etiæ bona communia, quæ in nullius bonis numerantur, primo occupanti cedant, potest tamen Princeps, sive respublica, ea cui voluerit, iustis de causis addicere. ergo potest Princeps legem condere, qua thesaurum, qui in posterum reperiatur, ad fiscum spectet. Nec facile Regum, & Principum leges multo consilio, & deliberatione positas improbare debemus.

Tertio queritur, An ad ius Regis pertineat, ut possit pueras virgines, sive mulieres quas voluerit, sibi sumere, & quot ipse voluerit, uxores ducere? Rationem dubitandi, aliqui attulerunt inde, quod l. Reg 3. dicitur: Filias vestras faciat sibi focarias, &c. at l. Quemadmodum. C. de donationi. inter virum, & uxorem, focariæ mulieres dicuntur concubinae. Observeo, dubitati non posse, quin id sit Regibus interdictum; est enim contra legem diuinam, naturalem, & Canoniam, si quis feminis viatur extra iustum, & legitimū coniugium: & Reges Christiani quamvis suis legibus soluti sint, lege tamen diuina, naturali, & Canonica tenentur. Nec obstant exempla aliquorum regum, qui pro libidine sua abusivis sunt puellis virginibus.

Euenus III. hoc nomine Rex Scotia, Ethnicus tamen, qui regnauit tempore Iulii Cæsaris, paulo ante Christi Domini Nostrum ortum, tres leges turpissimas & infames, inter alias, tulit: Vnam, ut omnes nobiles & Domini suorum villicorum, & clientum suorum filiabus ad libidinem suam explendam abuterentur, earumque pudicitiam, & virginitatis primitus prius delibarent ipsi, quam libero legitiimi contrahendi matrimonii iure fruerentur. Alteram, ut proceres, nobilesque plebeiorum & infirmorum hominum uxoribus pro arbitratu suo fruerentur: Tertiā, quod quisque vellet, aut suis facultatibus aere posset, uxores ducere: Fait hic Rex flagitosissimus, luxu, & auraria inexplibili ardens, promiscue libidinis criminē obstrictus. Istius velanam libidinem sedare non potuerunt, nedum extingere centum nobilissimæ vir-

gines, nec totidem matronæ, à parentum & maritorum gremiis abstractæ. Quare vehementius permoti Proceres, cum id diutius ferre non possent, in eum coniurantur, regnoque dæictum, in carcerem trudi iusserunt. Vbi tandem, ipsis inscis, à iuueni quodam est interficetus. Hæc Ioannes Leslaus Scotus, Episcopus Rossensis, lib. 2. de origine, & rebus gestis Scotorum. Postea Molcamus III. hoc nomine Rex Scotorum, Christianus, pius & religiosus, continentia, & castitatis cultor, leges illas spuriissimas, quas Euenus III. de virginibus, & virgibus tulerat, penitus abrogauit anno Domini 1066. ut testatur idem Author Ioannes Leslaus libro 6.

Witiza rex Gothorum in Hispania magno numero concubinas virorum loco habuit, & legem tulit, ut id cunctis, & nobilibus & plebeis facere licet, ut scribit Rodericus lib. 3. de reb. Hispan. cap. 14. & 15. fuit hic Rex impunissimus, & sceleratissimus.

Bolsinenses in Hetruria seruili pressi dominatu, filias ingenuas sponso iam destinatas alicui, seruis prius delibandas dare cogebantur: filias dominorum serui in matrimonium duebant: legem considerunt, ut stupra sua in viduis pariter atque nuptis impunita essent, Valerius Maximus, libr. 9. cap. 1.

Adrimachida Libyes, virgines nupturas Reg. exhibere, & offerte iubebantur, & ille eam, qua sibi placaret, stuprabit. Herodotus lib. 4.

Dionysius Iunior Syracusanorum tyrannus, coniuges Principum ad stuprum rapi iubebat: virgines ante nuptias abducebat, stuprataisque procis reddebat. Iustinus lib. 21. Sed hi reges spuriissimi erant, & tyrranice dominabantur. Nec est quod vlli reges nobis obiciant plures concubinas Davidis, & Salomonis uxores, quasi reginas septingentas, & concubinas trecentas. Nam Hebrei Dei indulgentia licuit plures uxores habere: scriptura uxores legitimas quidem, sed minus principales, concubinas appellat. Nec Salomonis exemplum in hac parte omnino valet. Præterea non est, quod reges opponant Valentinianni senioris atque Imperatoris Catholici legem latam, ut cuique liceret duas simul uxores habere: ut testatur Socrates in Historia Tripart. lib. 8. cap. 11. Et Nicaphorus lib. 11. cap. 32. Paulus Diaconus, Zonaras, & Cedrenus, & alii commentarier. Ipse namque contra legem diuinam, ac naturam duas duxit, & legi perpetram lata, hoc sive libidini velum obtendit: Populosas fore tali lege Romani Imperii terras dixit, perinde ac Barbarorum regiones, apud quos polygamia in more erat. Paulus Diaconus lib. 11. Longe ante Valentiniandum, & multo ante Suetonium, in vita Iulii Caesaris. c. 52. scribunt: Helius Cinna Tribunus plebis confessus est pluriisque, habuisse se scriptam paraciam, legem, quam Caesar ferre iussisset, cum ipse abesse: ut uxores liberorum querendorum causa, quas & quos ducere vellet; cuique licet. Sed hoc fecit Caesar ob impudicitiam suam, & adulteriorum infamiam, omnium mulierum vir, & omnium virorum mulier, ut ait ibidem Suetonius. Cum item 1. Regum cap. 8. de Regis iure dicitur: [Filiae vestras faciet sibi vocatias] non significat concubinas, sed coquinas curatrices, hoc est, foco addictas.

Quarto queritur, An ius habeant Reges feminas vel iuinas, vel iuinitas eorum parentibus, in matrimonium dare, quibus ipsi voluerint? Nonnulli è Regibus hoc sibi ius usurparunt, sed immerito. Nam leges naturæ & Dei Ecclesie violent.

Præcepit enim Deus filii, vi parentib. suis obedientia, non igitur est, cur Rex filiam alienam in matrimonium collocet iuinitis parentibus. Diuina iura, & Humana constiuent, parentum esse, liberis conditiones matrimonii querere, filiabus quos voluerint, matitos dare. Volunt itidem diuina iura, & Canonica, ut matrimonia sint libera, non coacta: prohibent ea, ne vi metue contrahantur. Romani de matrimonitis leges considerunt, tum ad propagandam temp publicam, tum ad familiarum dignitatem conseruandam. Vti temp publicam propagarent, ciues

immanitatis inuitabant, & matrimonia contrahebant, vacationem munera dantes ei, cui tres essent filii, & libertatem, cui plures. Gellius lib. 1. c. 6. Camillus cum Senator esset, legem de maritandis ordinibus tulit, quæ pœnas constituit in eos, qui viduam nuptias, quarum filii in bello ceciderant, deuitarent: eos vero, qui ad senectutem cœlibes peruenirent, æratios reddidit. Valerius Maximus lib. 2. cap. 4. Plutarchus in vita Camilli. Fuerunt itidem leges, Iulia, & Pappia, quæ ex aliorum testamentis hereditates cœlibes capite prohibebant. Verum hæc leges sublatæ sunt, quatenus verabant, & puniebant cœlibatum, & filiorum orbitatem l. 1. & 2. C. de infirmitate cœlibatus, & orbitatis.

Quinto queritur, Vtrum Reges aliquid possint contra ius Gentium, sive Naturæ, Diuinum, vel Canonicum? Respondeo, generatim Reges etiam si Ethnici sint, nihil iubete posse, contra ius gentium, naturale, vel diuinum. Contra diuinum quidem, quia Deo obediare oportet magis quam hominibus. Contra ius vero naturale nequit Rex quippiam iubere, quia quod ius naturale præcipit, per se bonum est: quod autem prohibet, malum per se est: ut Rex facere nequit, ut quod per se bonum est, sit malum: vel quod malum est sua natura, sit bonum. Fieri non potest Rege, ut perjurium, mendacium, homicidium, adulterium, tutum, falsum testimonium sint bona: nec item ut honorare parentes, colere Deum, reddere cuique quod suum est, depositumque restituere, sint res malæ. Contra ius Canonicum nequit etiam Rex Christianus quicquam præcipere, vel prohibere: quia Rex Christianus est filius Ecclesie, & ideo ipsi tanquam matti obtemperare & patraber debet, non repugnare.

Sexto queritur, An Rex legem gentium, sive naturalem restringere queat? Ratio dubitandi est, quia regis Imperii videmus leges præscriptionis constitui, quibus dominia rerum ex uno domino ad alium transferuntur: imo aliquando etiam Principum legibus domini sui seruis priuantur, filii legitima portio hereditatis paternæ & alimenta denegantur. Respondeo, longe aliud esse, legem naturalem abrogare, mutare, vel contra eam quippiam iubere: aliud vero esse, legem naturalem declarare, interpretari, vel coarctare, ac restringere. Reges secundum dum possunt, non pro nutu, arbitrioque suo, sed iustis in causis, primum non item. Vnde ob communem reipublicæ pacem, salutem, vel virilitatem, pœnam capitis in sonnes constituant, & in bello innocentes interimunt: ius concedunt, ut qui sunt à republica tanquam hostes publico proscripti, impune occidantur à quolibet, & ut quis etiam inuitus, suam dominum vendat, videlicet ut via publica fiat, vel reficiatur, & amplior, ornatori, & commodi orum communis usum redditatur: ac ut quis ob penitum annonæ suum strumentum, vel vendat, vel murum der. Eadem ratione præscriptions legis decernunt, ut rei dominium ex uno ad alium transferatur, ad lites, quæ terminari, & finiti minime solent, dirimendas. Item ob communem fidei, religionis, vel reipublicæ bonum, Dominos Reges aliquot Constitutiones suis seruis, seu mancipliis spoliant.

Septimo queritur, An Reges ius diuinum possint restringere in his, quæ civilia, non spiritualia sunt? Ratio dubitandi est, quia diuini iuris est, ut in ore duorum, vel trium testimoniis omne verbum, & tamen Principum legibus constitutum est, uti testamento non valeant, nisi sepe, vel octo testimoniis numero comprobata: multæ itidem donationes sunt irritæ, quia abfque insinuatione, vel iudicis decreto factæ: itidem multi contractus ipso iure non valent, quia sine his vel illis conditionibus, quas lex scripta depositit, celebrantur. Respondeo, ea, quæ sunt diuini iuris in noua lege, Reges minime restringunt, bemenem ea, quæ diuini iuris sunt, ex veteri lege: quia in ea legi multa fuere data præcepta, quæ Theologi iudicia appellant, eo quod ad bonam veteris populi administrationem pertinebant: & hæc præcepta dummodo mo-

ralia non sint, quæ naturalis iuris esse dicuntur, morte Christi sublata sunt & extincta; & proinde nisi renouentur, ac reuiuscant, vim habent nullam. Tale est præceptum veteris legis illud paulo ante allatum: *In ore duorum, vel trago testium, &c.*

Item quamvis morale præceptu esse dicamus, vt quique liberam facultatem habeat donandi, restandi, alienandique res suas, & contractus ineundem, qui iure gentium sunt introducti, nihilominus, ad fraudes, & lites innumeris è medio tollendas, possunt Principes legibus multa decernere, que tamen diuinæ aut naturali legi contraria non sint, neque libertati Ecclesiastica aduersentur, vt puta ne testamento, donationes, alienationes bonorum, & contractus confistant, nisi hoc, vel illo modo facti. Quamvis etiam aquitare, vel iure naturali legitimam portionem bonorum, & alimenta filii debeant parentes: tamen possunt Reges, & Principes, iustas ob causas legitimam bonorum portionem minuere, & alimenta denegare, cum filii aliunde habeant, vnde commode sustentatur.

Octauo queritur, Vtrum Regibus ius aliquod esse possit in Clericos, vel eorum bona? De hinc questione dictum est supra par. I. *Instit. Moral.* lib. 5. cap. 12. quest. 1. § 2. § 3.

Nono queritur, An Reges eo ipso, quod Reges sunt, sicut patroni omnium Ecclesiarum Cathedralium, quæ in ipsorum ditione, & Regno sunt: ita vt ius habeant nominandi, designandi, offerendi & presentandi Clericos, qui ipsi Ecclesiis praeficiantur? Hanc etiam questionem supra diluimus par. I. *Instit. Moral.* lib. 5. cap. 14. vlt. quest. vi. b. sententiam Archidiacon. Baldi, Dominic. Cardin. Alexandri explicimus, iuxta verum & germanum sensum.

### C A P. V.

#### *Aliæ quadam questiones de Regibus di-* *luntur.*

Primo queritur, Quot, & qui sunt Reges Christianorum? Respondeo: In libello, qui in scribitur, Provinciale omnium Ecclesiarum Cathedralium, ex Cancelleria Apostolica excerptum, numerari Reges Christianorum sequentes, hoc ordine.

Rex Francorum. Hic dicitur cognomento Christianissimus: qui nunc est Henricus quartus, Borbonius.

Rex Legionis, & Castellæ. Hic est cognomento Catholicus: qui nunc in vniuersa Hispania dominatur, videlicet Philippus III.

Rex Angliae. Hic Romani Pontificis concessu & auctoritate est Hybernæ Dominus: nunc Anglia Regnum tenet Elisabetha Regina, haeretica prauitatem, infideliæ, & infamiam ob haereticum & schisma.

Rex Scotie. Huic etiam parent insulæ Hebrides, sive Eubonia, & Orcades. Nunc regnat Jacobus eo nomine 6.

Rex Siciliae. Nunc Sicilia, & regnum Neapolitanum, in vnius regis Hispaniae potestate sunt, qui est Philippus III.

Rex Aragonia. Nunc Aragonia cum regno Legionis, & Castellæ coniuncta est, quibus dominatur Philippus III.

Rex Hungariae. Nunc Hungaria pertinet ad Rodolphum Secundum Imperatorem Romanorum: At eam Turcae magna ex parte occuparunt.

Rex Portugallæ. Nunc Castellæ & Portugallæ unus Rex Hispaniae praest, Philippus III.

Rex Navarrae. Nunc ea Navarra, quæ est prouincia Vasconum in Hispania, & continet Valfones, Cantabros, & quasdam Castellæ gentes: in vnius regis ditione & Imperio est, scilicet Philippi III.

Rex Maioricarum. Nomine Maioricarum intelliguntur insulæ, quæ olim Baleares dicebantur, videlicet Maiorica, Ophiula, & aliae. Potro reges Aragoniae Baleares insulas sua ditioni & potestatis subiecerunt; eas Saraceni occ

cupauerant. Iacobus rex Aragonia co nomine primus insulas deuictis & expulsi Saracenis recuperauit. Moriens donauit eas ab Aragonia regno diuissim filio suo Iacobo, nomine, iure, ac titulo regio, quas tenuerunt, vt reges Maioricarum prædictus Iacobus, & filius, ac nepotes eius, postea vero illas cum regno Aragonia coniunxerunt Aragonum reges. Et ita illæ insulæ nunc sunt Hispaniae regi subiectæ, nimirum Philippo III.

Rex Armeniæ. Nunc vtraque Armenia, maior, & minor, in Turcarum potestate redacta est.

Rex Cypri. Regnum Cypri coniubiali fædere ad Venetos peruerit, vt dicam inferius libr. 12.

Rex Sardiniae. Sardinia una cum Aragonia, Balearibus insulis, & vtraque Sicilia, Romani Pontificis auctoritate coniuncta, vt dicam inferius lib. 12. & postea, cum regno Legionis & Castellæ connexa ad reges Catholicos Ferdinandum eo nomine Quintum, & Elisabetham deuenit: Et ita nunc vni Hispaniae regi paret, Philippo III.

Rex Danie. Dania prouincia est septentrionalis, in finibus Germaniae.

Rex Gothia. Nunc Gothia Ducatus est, sub rege Suecia.

Rex Noruegiae. Nunc Noruegia in Ducatum transiuit, & paret regi Sueciae.

Rex Suetiae. Suetia septentrionalis prouincia est, cuius regnum iure pertinet ad Sigismundum Catholicum regem, nunc in Polonia regnante.

Rex Poloniae. Hic nunc præst multis septentrionalibus prouinciis, Prussia, Russia, sive Ruthenia, Lithuania, Malouia, Samogithia, Liuonia, Podolia, Volymia, Podlachia, Pomerania ceteriori, & Cuiavia: & vtrique Poloniae maiori & minori. Rex in Polonia nunc est Sigismundus, eo nomine 3.

Rex Bohemiae. Nunc Bohemia Imperio adhæret, & ita paret Imperatori, Rodolpho II.

Secundo queritur, Quot, & qui Reges Christianorum sunt feudatarii Ecclesiæ Romanae? Respondeo, in eo, quem supra memorai libro, Provinciali, scilicet Ecclesiæ, recenseri quinque, qui sunt, Rex Siciliae, & Rex Sardiniae, Rex Aragoniae, Rex Hungariae, & Rex Ierosolymæ.

Sub regno Siciliae comprehenditur regnum Neapolitanum, in quo continentur prouinciae Apulia, & Calabria, & aliae quinque.

Regnum Hierosolymitanum dicitur illud, quod est Christianorum bello recuperatum anno salutis 1099. ex pulsis Saracenis: quod deinde regnum Christiani amiserunt.

Constat ex historiis, multa Christianorum regna fuissent superioribus temporibus Ecclesiæ Romanae vediaglia. Ioannes Angliae Rex, Philippi regis Galliae vires & potentiam veritus, ad Innocentii III. Pontificis patrociniū confudit, Angliam & Hyberniam Romanæ Ecclesiæ feudatarias, hoc est, vediagles fecit: centum auti marchas quotannis pro vtrique prouincia se solutum promisit: quod postea aliquandiu seruatum est. *Blondus Decade 2. lib. 6. Platina in vita Innocentii III. Sabell. Aeneade 9. libro 5. Aeneas Sylvius in Epistole Blondi libro 6. decif. 2. Polydorus libro 15. de rebus Angli. ait se tantum, non item successores Ioannem illum Anglia regem, ad hoc tributum solendum obligasse.*

Inas rex occidentalium Saxonum in Anglia, bello, & pace clarissimus: studio & pietate in Romanam Ecclesiæ memorabilis, totum suum regnum longe ante Ioannem eiusdem Angliae regem, Romano Pontifici sponte sua vediagles fecerat, de singulis domibus singulos argenteos quotannis Romanæ Ecclesiæ solvi constituit: qui denarii Sancti Petri vulgo dicebantur, & soluti sunt per annos plusquam octingentos. *Polydorus libr. 4. Historia Anglica.*

Edelphus Anglia rex Romam veniens sub Leone IV. Pontifice In regis institutum secutus, eam Britanniae

Insulæ

Infulæ partem, quam Egbertus pater ad regnum Angliæ adiunxit, Romanæ Ecclesiæ tributariam reddidit: legemque tulit, ut singuli pro singulis domibus Romano Pontifici quotannis singulos denarios argenteos ad diem festum Apostolorum Petri & Pauli, vel sumnum, ad diem sacram vinculis Petri perfoluerent. *Idem Pol. do. lib. 5.*

Petrus Aragoniæ rex Romanæ venit ad Innocentium Tertium, à quo splendido apparatu exceptus est: & in æde S. Pancratii anno salut. humanæ 1204. die 21. Novembris à Petro Episcopo Portuensi inunctus, & Pontificis manu coronatus infulas, & cetera Regni insignia solemni ceremonia accepit: & datum est Aragoniæ regibus, ut deinceps in prouincia coronam accipiendi ius esset: & ut eam acciperebant à Tarroconensi præsule, tamquam Roman. Pontificis Vicario: extant de ea tota publicæ tabulae. Pro eo merito rex Aragonianam Romanis Pontificibus vestigalem esse constituit, certum autem pondus quotannis pendere pollicitus.

Libro quarto registri cap. 18. extat Epistola Greg. VII. ad Reges, Comites, cæterosque Principes Hispaniæ, in qua scribit, antiquis temporibus Hispaniam Rom. Ecclesiæ vestigalem fuisse, priusquam à Mauris esset euersa.

Boleslaus Poloniæ rex ex nomine II. Stanislaus Cracoviensem Episcopum occidit anno Domini 1179. Gregorius VII. rei atrocitate permotus, toti Poloniæ sanctis interdixit, Boleslaum diris execrationibus deuouit, regnumque ipsi solemni ritu abrogauit. Edixit quoque, ne in posterum Episcopi regem aliquem in iussu suo vngarent, & coronarent. Ex eo tempore Principes dicebantur, non reges, qui in Polonia dominabantur. Interregnum hoc durauit annis 215, donec ann. salut. 1295. Præmislaus electus Gnesnæ vetusto more reuocato inunctus est, & coronatus ab Archiepiscopo Iacobø Sinuca, & Rex, non Princeps vocari cœpit. Postea vero Episcopi communicato cum Wladislao rege cognomento Lothico, consilio, Gerardum Wladislauensem Episcopum ad Ioannem eius nominis XXII. Pontificem maximum miserunt, ut vniuersa Polonia nomine, Crucigeris Theutonicis litem intenderet, & simul etiam Wladislao diadema, & regium nomen imiperaret. Existimabant enim inauspicato id sibi præmissum iniussu Pontificis assumptissimum, quod non ignorarentur interdictum fuisse ex decoro, nomini Polono post cœdem S. Stanilai. Gerardus Episcopus id quod postulabatur, à Romano Pontifice impetravit. *Hec omnia Cramerus partim libro. 4. partim lib. 11. de rebus Polonorum.* Literas Ioannes XXII. Gerard dedit ad Wladislauum regem, & ad Principes Poloniæ: in quibus Wladislao diadema, & nomen regium concessit. At in literis inter alia Pontifex sic ait: *Nobis cum infantia supplicasti, ut regnum Polonia esset nobis, & Ecclesia Romana nullo mediante subiectum, & in signum subiectoris huius confusus, qui B. Petri vocatur, nobis, & eidem Ecclesia deberetur, aperiente via serua, & reliqua quæ ibi sequuntur.*

Stephanus Hungariæ rex, & in sanctorum numerum relatus, Afticum Colocensem Episcopum legatum Romanum, ad Benedictum VII. Romanum Pontificem Maximum misit, qui ab eo petere diadema, & nomen, ac titulum regium. Pontifici Angelus à Deo missus apparuit, præcipiens ei, ut diadema, nomen, & titulum regium Stephano daret; & ita Pontifex diadema ad Stephanum misit, & constituit, ut ab Archiepiscopo inunctus, ex diademate coronaretur. Stephanus diadema, & regnum, tanquam à Romano Pontifice, & à B. Petro donatum accepit. *Charterius Episcopus in vita eiusdem Stephanii regis, apud Surium Tomo 4. die 20. Augusti. & Gregor. VII. lib. 7. Registri epist. 13. Indicio. 13. scribit, regnum Hungariae ad ius & ditio nem Romanæ Ecclesiæ pertinuisse.*

Portugallæ rex, Alfonfus I. hoc nomine, B. Petro regnum obtulit: nam cum antea Dux esset, Regium diadema, nomen & titulum auctoritate Alexandri II. L acceptit: & tanti beneficij memor promisit se solutum Ecclesiæ Romanæ quotannis duo autem pondera.

Regnum Russie acceperunt reges eius prouincie à Romanis Pontificibus: ut scribit Gregor. VII. epist. 7. Registri, lib. 1. Indicio. 13.

Tertio queritur, Quinam reges sacro oleo inungantur, & à quo, & in qua parte corporis? Alberticus in tuberculæ Statu hominum respondit, quatuor reges vngi, recepta scilicet consuetudine: regem Franciæ, regem Angliæ, regem Hierosolymæ, & regem Siciliæ. Holtensis in summa, itid, de Sacra vñctio docet, recepta ab antiquo tempore consuetudine tres tantum reges iacto oleo perfundi: videlicet, regem Alemaniarum, electum in regem Romanorum, regem Franciæ, & regem Angliæ: *Siquis vero rex inungindua consuetudine velis, uisu & mox obtinuit, ut id à Romano Pontifice petat, & impetrat: sicut fecit rex Aragonum, & quotidie rex Scotia petit instanter. Hæc ille. Archidiaco[n]. in cap. Quoniam, dñs, i. o. solum ait reges vngi solitos. Quidam autem, reges nunc quamus non omnes vngantur, posse iure tamen vngi: quia in cap. 1. de sacra vñctio. habetur, reges oleo sacro inungi. Reuera talis regum Christianorum vñctio, exemplum habuit in regibus Iudæorum, qui sacro oleo delinxi confueuerant. Sed in qua parte corporis Reges vnguntur?* Respondeo, non in capite, ut Pontifices, sed in brachio, humero, vel armo. cap. 1. de sacra Vñctio. quia Reges vnguntur ad pugnandum, Pontifices vero, ut praesunt Ecclesiæ.

Primus Francorum rex, Christianus videlicet Clodoveus, est sacro oleo perunctus Remis à B. Remigio Archiepiscopo. *Gregorius Threnensis de Historia Franco. lib. 2. cap. 29. Hincmarus in vita sancti Remigii:* quo ex tempore deinde reges Franciæ vngi consueuerunt. Reges Hispania antequam ea prouincia in Saracenorum potestate deueniret, nonnullos legimus fuisse sacro oleo inunctos, & ita Rex Wamba inunctus fuisse dicitur in æde SS. Petri & Pauli, que erat prætorio vicina, à Quirico presbitero Toletano, qui Ildephonso successerat: ante eum nullus est inunctus. *ut ait Morales in Chronico generali de rebus Hispaniæ. lib. 12. cap. 41.* Legimus etiam nonnullos alios, videlicet Eruigium, Egicam, Witizam, qui post Wambam in regno Hispanie succederunt, sacro oleo, & cæmeratione civitatis perunctos fuisse. At Reges, qui recuperata, & erecta Saracenis Hispania successione hereditaria, non electione & suffragio regnarunt, inungi non consueuerunt, quamuis aliqui sacro oleo perfusi dicantur.

Hungaria etiam Reges sacro oleo perungi solitos, historici, qui de rebus Hungaricis scriplerunt, testantur. Stephanus Rex, qui secundus baptisma suscepit, in Alba vero templum extruxit, quod est B. Mariae Dei genitrici dicatum: & constitut, ut in eo Reges & Archiepisc. vngarentur, & coronarentur. Rex porto Alemaniæ inunctus ab Archiepisc. Colonensi: Rex Franciæ ab Archiepiscopo Remensi: Rex Angliæ ab Archiepiscopo Cantuariensi.

Quarto queritur, An reges Christianorum sint ab Imperatoris legibus & iussi: potestate & iurisdictione immunes & liberi? Imprimis Regem Franciæ non esse Imperatori subiectum, colliguntur ex cap. Per venerabilem, qui filii sint legitimi. Idemque tradunt Innocentius, Holtensis, Abbas, Felinus in cap. Nonit de iudicio Speculatoris de Appellatio. §. Nunc trademus, in l. Hostis, ff. de Captiis & postlimio reverbi. Bald. in cap. 1. de Pace in iure firm.

Regem Hispaniæ ab Imperatoris potestate esse solutum & liberum, dicit Glossa in cap. Adrianus II. in verbo. Per singula, dñs, lib. 43. in cap. Es si nescie, ad finem, de Donat. inter virum & uxori Oldradus consil. 69. Baldus in l. Ex hoc iure ff. de iustitia & iure. Abbas in c. Per venerabilem, de elec. Iason in l. Id quod apud hostes, ff. de Legatis 1. teste Joanne Maria lib. 9. de rebus Hispaniæ. c. 5. Victore II. S. Petri Cathedram tenente, in Hispaniam venerunt Legati missi ab eo Pontifice, qui Ferdinando, Hispaniarum regi, & proceribus nuntiarunt, ipsum Regem Ferdinandum contra leges & iura facere, qui se Imperii Romani iure & potestate esse

exem.

exemptum dictaret, & Imperatoris nomen tibi sumeret. Nam Concilium eodem Victore II. in urbe Turoneis Gallia celebrante, Henricus Imperator Legatos miserat ad partes, apud quos conquebatur Imperator, quod Ferdinandus Rex Hispanie id dicere & facere aulus fuisse. Quare, inquit Imperator, iniuriam ego libenter ferrem, si nullam preterquam dignitatem nostram iacturam fieri viderem, sed in consilio capiendo partes, omnem terrarum orbem, quam late Imperium Christianorum patet: respicie, cuis incolumentas stare non posse, nisi sit vices, cuius auctoritatem cuncti respiciant, cuius imperio denuntiati sunt, cuius obtemperant voluntati. Respicite sacrae sanctam Romanorum Pontificum maiestatem, cuius auctoritati pluvium derogabitur, nisi Imperatorum quos ea in causa in orbe Christiano proximum potestatis locum obtinere voluerint, armis, & potentia muniantur. Nascentem temeritatem in ipsis incurvibus comprimit, ne prauum exemplum silentio nostro, & dissimulatione vestra ad alios promonet, & cateris omnibus provinciis ad dulce, & sapientiam liberatum nomen exticatio, Imperii, & Pontificatus sacrae sancta maiestas ad inanem appellationem, & titulum deducatur: Ea ratione a patribus audita, & re deliberata, Victor dixit. Hanc etiam Imperatore rem aequam & iustum postulare: quare missi legati ad Ferdinandum sunt, qui eam monerent verbis Pontificis & Patrum, ut Imperatori deinceps satisfacret, & Imperatoris nomine abstineret, quod sibi nullo iure vendicauerat: dura omnia, nisi continuo parcer, comminarentur. Rexturbatus est, & video de re tota cum processibus Hispania consultare coepit. Alii obtemperandum esse iudicabant, ne Pontifici reluctari viderentur, ne bello Hispaniam implicarent. Alii grauissimum Hispanie iugum imponeret, si morem gererent. Valuit eorum sententia qui dicebant, immunem ac liberam Hispaniam esse ab Imperatoris iure & potestate, quam Maiores suis sanguine proprio recuperaverant, Saracenis Christiani nominis hostibus bello victis, & ex Hispania pulvis. Unde legatio est ad Pontificem missa, & obsecratur est, ut re diligenter excusa mitteret, qui in re praesenti de Imperii iure discepissent. Et a Pontifice est imperatur, ut Rupertus S. Sabinae Cardinalis, cum amplissimis mandatis, & Imperatoris Legatis controvectae dirimenda causa, in Hispaniam venirent. Agitata causa, & tota lata discussa, pro libertate Hispanie pronuntiatum est, & decretum, Romanis Imperatoribus nullum deinceps ius in Hispania Reges fore.

Polonia Rex, immunitis eriam & libertate est a iure Imperatoris. Nam Ortho III. eo nomine Imperator, Boleslaum Regem appellavit, solum, & amicum Romanorum Imperii, ei diadema impositum, & honorem regium voluit, ut ipse, & posteri deinceps haberent, eum deinde, & posteros a tributo, & omni iurisdictione Imperatorem solitos esse constituit. *Cranmer in Historia, de rebus Polonorum lib. 1.*

Regem Anglie sub Imperatoris potestate non esse, testatur Barolus in *l. Host. ff. de Capitu & postlimi reuersis, Castaldus libr. de Imperatore questione 55. nro. 14.* & idem iuris habete puto Regem Scotiae.

Regem Neapolis & Siciliæ, & Sardiniae, Imperatori subiectum non esse, inde constat, quod huiusmodi iuris regna sunt in Ecclesiæ Romanae patrimonio, & summo Pontifice iure feudi conferuntur.

Hungaria regnum olim liberum fuit ab Imperii iure & potestate, quia regibus Hungariæ a Romano Pontifice non ab Imperatore, Regium nomen & diadema datum est. Nam eo tempore, quo Rex Poloniae Boleslaus I. Romanum misit ad Benedictum Septimum, Lambertum Craconensem praesulem, ut Regium diadema sibi mitteret, & Reges Polonorum se & posteros suos esse iuberet, misit quoque Stephanus Hungariæ Princeps ad eundem Pontificem Legatos, qui eandem rem peterent: quam a Pontifice concutus est, & ex eo tempore Hungaria regnum Romana Ecclesiæ subiectum esse perhibetur: quinvis Hungari testentur, diadema regum Stephanum Principem ab Angelis, non a Romano Pontifice accepisse.

Quarto queritur, An Rex in suo regno supremum ius & potestatem habeat, quam feliciter habet Imperator in Imperio Romano? Respondeo, eum habere, si ab omni feudo regnum sit immune ac liberum: unde Regi referuantur in suo regno, que supra diximus esse Imperatori reserata: quare creare potest Dukes, Marchiones, Comites, & dare ceteros honorum, & dignitatum titulos.

Sexto queritur, An reges Christiani, qui in iis, quæ ciuilia sunt, nullum superiore agnoscunt, & habent, sint Romano Pontifici in eisdem ciuilibus & temporalibus subiecti? Magna fuit tempore Philippi Pulchri Gallicorum Regis, & Bonifacii Septimi, Romani Pontificis de hac re controversia. Nam Bonifacius Hierosolymitanam expeditionem parans, Arminensem Episcopum ad Philippum Puichrum regem Francorum misit, qui illum ad eam rem cohortaretur. Is eo profectus, cum precibus nihil obtinere potuerit, minus addidit. Sed Rex vehementer iratus, cum subito in carcere coniecit: ex quo Rex in magnam Romani Pontificis indignationem incurrit. Quamobrem Bonifacius cepit agere contra Philippum tanquam contra inimicum Ecclesiæ, & ideo omnes Francorum Episcopos ad celebrandum Romæ Concilium couocauit: Sed Rex vos ab accessu ad urbem prohibuit. Vnde Bonifacius multo magis iratus Archidiaconum Narbonensem destinavit, qui Regi nunciaret, ut agnoscere se Franciæ regnum à Sede Apostolica habere, insuper & Romanorum Pontificis in his etiam, quæ ciuilia & temporalia sunt, agnoscere superiorem: Alioquin ipsum Regem diris exortationibus deuoueret, & toti Franciæ sacris interdiceret. Archidiacono Parisios profecto, Rex nequaquam permisit literas Pontificias denuntiari: imo aulici, & familiares Regis, literis Archidiacono ablatis, eum Parisii, & toto Regno Franciæ expulerunt, & Comes Athenensis literas eiusmodi in ignem proiecisse prohibetur. Inde Rex iussit vias custodiri, ne cui ad regnum Franciæ patere posset ingressus. Quare vehementer commoratus Bonifacius Regem à pictum coru submovit, & declaravit, Regem esse regno priuatum, & regnum ipsum ad Romanum Pontificem deuolutum: Rex Parisii Episcoporum, & Principum conuentum coegit, vbi se ab omni peccato purgandum curavit: à sententia Pontificis appellauit, dixit se, quia Rex esset Franciæ; nullum superiorem in ciuilibus & temporalibus habere, Regnum Franciæ in his à Romano Pontifice non existere, vel pendere. Orta igitur dissensione magna, Bonifacius execrationes in Regem iterauit, & Regem sepius admonuit, ut à Regibus priuilegiis, quæ Francorum Reges à Sede Apostolica acceptant, abstineret, se regno abdicaret, Episcopos, proceres & ceteros à iurecurando, quo erant Regi obligati, absoluat: iussit eos Romanam venire: & tandem regnum Philippo per sententiam abrogatum; Alberto Imperatori subiectum. Extrat Constitutio, cuius initium est: *Vnam sanctam, ab eodem Bonifacio edita, inter Extrauagantes communes, de maioritate, & obedientia, in qua declarat omnes Christi fideles cultores Romano Pontifici subiecti, & hoc ad necessitatem salutis pertinere, & penes Romanum Pontificem vitrumque gladium esse, hoc est, spiritualem, & temporalem potestatem, & ei uscque, & auctoritatem iudicandi omnes.*

At inter Extrauagantes communes, de Privilegiis extat alia Constitutio, quam dedit post Bonifacium Clemens V. quæ incipit: *Misit: in qua Pontifex declarauit, Regem Franciæ, & Regnicolas per Extrauagantem Bonifaciu Se primi, quæ incipit: Vnam sanctam, de maioritate, & obed. non subiecti Romana Ecclesiæ majori iure, quâ ante subiectebantur: Sed omnia, inquit Pontifex, intelligentur in eodem efflatu, quo erant ante definitiōnē p̄ficiat, tam quantum ad Ecclesiā, quam etiam quantum ad Regem, Regnum, & Recognitum Francia.*

Quæstio itaque praesens non est, An Reges in his quæ sacra & spiritualia sunt, Romano Pontifici subiectantur? Conuenit enim inter omnes Catholicos, in his Reges esse

ges esse

ges esse subiectos tanquam capiti, & summo Christi Vicario. Tota difficultas in eo versatur, An in his, quæ ciui-  
lia sive profana sunt, & temporalia, sint quoque subiecti? Et dicendum est id quod habet Innocentius III. in cap.  
per venerabilem, §. Rationibus: *Qui filii sint legit.* vbi Ponti-  
fex sic ait: Non solum in Ecclesiæ patrimonio, verum etiam in  
aliis regionibus, certis causis inspedi, temporealem iurisdictionem  
causatice exercemus. Iuxta quam sententiam communis  
consensu iuris Canonici Interpretates in capitul. *Nouit de iu-*  
*dicio* docent, Romanum Pontificem in omnes Reges, Prin-  
cipes, & ceteros Christi cultores temporealem potestatem  
habete, iure quidem, & habitu: sed sive & functione non  
item; nisi in locis, & terris, quæ ad Romanæ Ecclesiæ pa-  
tronum pertinent: & in ceteris locis & terris habere  
certis in causis, videlicet vacante Imperio, siue cum nullus  
est Rex, vel Princeps, & cum res ad communem salutem,  
& bonum reipublicæ Christianæ pertinet: ut dixi superius,  
cum de Imperatore gerent, & cum de potestate Ro-  
mani Pontificis disputauit.

Nec obstat, si quis obiiciat, Regiam potestatem in ciui-  
libus, & temporalibus esse supremam, & reges nullum in  
his agnoscere & habere superiorum: & regna esse à Deo,  
non a Romano Pontifice. Ad Rom. 13. ait Apostolus. *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: non enim est*  
*potes*ta nisi à Deo: & Proverb. 8. Per me, inquit diuina fa-  
plentia, reges regnant, & legum conditores in gloria discernunt: &  
beatus Petrus Apostolus moneret, ut subiecti simus omnibus hu-  
manis creature propter Deum, siue Regi quasi præstinenti, siue  
Ducibus tanquam ab eo missi. Et Authen. de instru. cau-  
& fide, collat. 6. & Authentic. Quomodo oportet Episcopos,  
habetur, Imperium, & Pontificatum esse à Deo. His enim  
omnibus, & similibus respondet, esse quidem supremam  
is in rebus regiam potestatem, non quia iure & habitu ea  
non sit Romano Pontifici subiecta, sed quia sive & actu  
nulli alteri subiicitur, præterquam Romano Pontifici in  
certis causis aequaliter. Deinde, reges, siue regna sunt à  
Deo, non quidem proxime, sed per electi, obtem populo-  
rum, vel successione hæreditariam legibus & moribus  
comprobata. Nihil etiam obstat Clementis V. prædi-  
cta Constitutione, que incipit: *Moruit.* nam in ea solum dici-  
tur, regem Francie, & eius regnum per Constitutionem  
Bonifacii VIII. Leta initium est: *Vnam sanctam*, noui magis  
subiici Romano Pontifici, quam ante subiiciebatur:  
quoniam reges, & regna Christianorum Romano Ponti-  
fici iure & habitu, & certis in causis sive etiam & actu sub-  
iecta sunt, & fuerunt eo ipso, quod Romanus Pontificis est  
Petri successor, & summus in terris Christi Vicarius. Quare  
non est quod quisquam cum Platina, Blondo, & Gag-  
nino, & aliis scriptoribus dicat, immerito Bonifacium  
Pontificem rem totam aduersum Philippum regem Fran-  
corum exaggerasse, & sic habeuisse, ac si Imperatoribus,  
Regibus, Principibus, nationibus, & populis dominaretur,  
& ac si dare regna, & Imperia, & auctor pro suo arbitrio  
posset. Neque enim Bonifacius dicit: se pro suo nu-  
tu & arbitrio posse regna dare, & auctor, sed certis ex cau-  
sis posse Regibus regna abrogare, & aliis concedere.

Sextimo queritur, An inter reges Christianorum sit  
ordo, ita ut alii antecedere debeant? Callanensis Ca-  
talogo glorie mundi, considerat. 31. docet, regem Francorum  
tanquam omnium primatum, vniuersis regibus debere pre-  
cedere: quod probat testimonio Albertici in rubri. de statu  
hominum, Antonii Corseti, de excellencia Regia, quest. 21. &  
22. Botillii in tract. de Astoriorum. & præminentia satri Magni  
Confusii, probat itidem ex nomine, quia dicitur rex Christi-  
anissimus, quasi sit Christianorum regum præcipuus:  
Et quia Roma in curia Pontificia Orator regis Franco-  
rum, antecedit Oratoriis ceterorum regum. Reuera or-  
do inter reges Christianos, aut esse potest ex ordine, & an-  
tiquitate temporis, quo ipsi reges, & ipsorum regna pu-  
blico regio edicto Christi fidem & religionem suscep-  
runt. Aut ex priuilegio & concessu Romanorum Ponti-  
ficum, qui huic vel illi Regi primum locum honoris con-

cedere voluerunt propter multa, & magna in Romanam  
Ecclesiam huius vel illius Regis beneficia & merita: Vel  
denique ex regnorum amplitudine, & potentia. Si ordo  
ex antiquitate temporis exsilis, ac pender, non est dubium  
quoniam rex Francorum sit omnium primus, nam ut testatur  
Gregorius Turonensis, dæribus gestis Francorum lib. 2. cap.  
29. & Hinemarus in vita S. Remigii, circa annum salutis  
humanae quingentesimum, rex Clodoucus à Remigio Re-  
mensi prælule fidem, & religionem Christianam edocet,  
sacerdoti baptisma suscepit. Et quamvis reges Hispanie,  
qui Goths erant origine, & eam occupauerant circa an-  
num Domini CCC. XIII. & plurimum centum anni  
ante ad sacrum lauacrum accesserant, videlicet anno  
Domini CCC. LXXXVI. sub Valente Imperatore, noui  
tamen fide Catholica tunc imbuti sunt; sed hæresi & prati-  
uitate Arianae infestarunt, donec Recaredus moni-  
tus & præceptis Leandi Hispanensis Antilitis, & Ful-  
gentii Aligitani Præfusis, Ariana perfidia abdicata &  
abiecta, Catholicam religionem amplexus est, circa an-  
num Domini quingentesimum octogesimum septimum.

Canticorum Anglorum rex Echelbelius, opera Au-  
gustini & Miletii monachorum, quos Gregorius in An-  
glia miserat, Christianis sacerdos initiatus est, & salutari  
baptismate ablatus circa annum Domini sexcentesimum  
tertium, teste Polydoro lib. 4. Historia Anglicana.

Rex Poloniae Miesciuslaus, teste Cramero lib. 3. de rebus ge-  
ria Polonorum, Christianus factus est circa annum Domini  
nonagesimum, sexagesimum quintum.

Dux Hungariae Geyla sacerdos Baptismatis vnde munda-  
tus est, ad fidem Christi conuersus teste Nauclero Chronicis  
parte 2. in Generat. 33. circa annum nonagesimum septu-  
agesimum, vel ut alii visum est, circa annum 990. quoniam  
Signius dicat, circa annum millesimum decimum id contigisse. Sed ut ait Bonfini. decade 2. lib. 1. dærib.  
Ungarie. & Abrahamus in Chronolo. de rebus Ungarie. Geyla  
obit anno salutis 997. ergo ante aliquot annos Christi fidem  
& religionem amplexus est. Geyla itaque, cum Gile-  
lam Henrici Primi reges sororem, eximia specie virgi-  
neam, coniugio impetrare non posset, nisi Christianis sacerdos  
imbuatur, ultro ad sacrum lauacrum accessit, & gentem  
sit pulcherrimi facti unitatione succendit. Eum sacro  
baptismate abluit Adalbertus Pragensis secundus Epi-  
scopus.

Rex primus Hierosolymis constitutus, cum Christiani  
Palestinam, & Syriam Saracenis expulsis, recuperarunt, fuit  
Godfredus Dux Lotharingia anno Domini millesimo  
nonagesimo: postquam sex circiter, aut septem alii  
reges ordine sibi inuicem successere, donec Saraceni iterum  
Hierosolymam, Palestinam, & Syriam recuperent.

Secundum est, in Britannia insula, quæ nunc Anglia &  
Scotia vocatur, Lucium regem Britannorum Christi fidem,  
& baptismum amplexum fuisse. hic enim, teste Poly-  
doro lib. 2. de Historia Anglicana post Bedam lib. 1. de Histor. An-  
glorum, & Damasum in Pontificali, in vita Eleutherii. Chris-  
tianus factus est circa annum salutis humanæ centesimum  
octogesimum secundum. Litera enim ille ad Eleutherium  
Pontificem Romanum misit, rogans eum, ut se, ac  
suo salutari fonte perfuso, ad Christianorum numerum  
adiungeret. Eleutherius eo misit Fugatum, & Damia-  
num, viros singulati pietate præditos, hi Regem cum tota  
familia & populo vniuerso, baptismate abluerunt, omni  
idolorum cultu sublato. Erant tunc in Britannia Elamines  
octo & virginis; Archiflamines tres; in quorum locum  
totidem Epicopi, & tres Archiepiscopi postea substituti  
sunt. Christianam fidem & religionem, Britanni in sua  
provincia reiunivertunt, donec ab Anglosaxonibus in Bri-  
tanniam ingressi, prouincia, & regno expulsi sunt. Vnde  
acta sub Diocletiano grati Christianorum persecutione,  
Albanus cum sociis in Britannia martyrium est passus: &  
Pelagiana heresi insulam Britanniam perduente, Bri-  
tanni Episcopi Gallos Antilites per literas, & nuncios  
rogarunt, ut contra tam diram Pelagianorum pestem sibi

opem

opem ferrent. Galli vero maturus facto Episcoporum conuento, Germanum Antisiodorensem, & Lupum Trecassium Episcopos, summa integritate, doctrina, & vita innocentia in Britanniā ex Concilijs sententia miserunt, ut insulanos homines in officio continent. Illi trāiecto statim Oceano, sanctitate vitæ, doctrina & miraculis facile quamplurimos ab heresi & perfidia Pelagianorum renocarunt, & ceteros in fide Catholica recinserunt. Regnabitibus Thodosio in auctore, & Valentiniō Imperatoribus, anno salutis humanae quadringentesimo quadragesimo tertio, Britanniā à Scottis & Pictis finitimi populi gravi bello petiti, ab Aetio Patrio, & Imperatori exercitus in Gallia duce auxilium implorarunt, sed minime obtinuerunt, ac proinde exculso Romaniū Imperio, postquam quingentis & tribus annis, Romanis ducibus paruerunt, à tempore quo à lūl. Cæsare subacti fuerant, sua genti regnum restituere conati sunt. Vnde retum suarum summan Vertigetio Britanno detulerunt. Sed his irruentibus in eum magno impetu hostibus, videlicet Scottis & Pictis, viribus impar, Anglo-saxonē, ferocias Germania populos, in auxilium vocauit. Qui statim Engistō & Orsa ducibus, magna cum suorum multitudine in insulam traiacentes, Scotorum, Pictorumq; vim & impetum aliquantus prohibuerunt. Sed mox Britannici regni potundi desiderio moti, inito cum hostibus federe, hi ipsos Britannos quos iuvare debuerant, atma conuerteruntur à quib; non deficerunt, donec pulsis in continentem Gallie Americanae Bricannis, vniuersam fere insulam in suam potestatem redegerunt. Quae ab eis non multo post nomen cum imperio mutatis, ac pro Britannia, Anglia diei oœstra est. Ingressi itaq; Anglo-saxonē in Britanniā, eam in septem regna diuiserunt: sed progressu temporis tota insula in unum corpus coacta, cepit vii regi patere. Fuit annus quo Anglo-saxonē Engistō, & Orsa ducibus Britanniā occuparunt, teste Beda, à Christo nato, quadringentesimus quadragesimus nonus.

Primum ex septem regnis, in qua totam eam insulam distribuerunt, fuit Cantianorum regnum in Canto ab Engistio inchusatum. In quo regno Ethelbertus primus rex Christianus factus est sub Gregorio I. Pontifice Romano anno Sexcentesimo tertio: hic S. Paulo Apostolo Londini, & Andree Apostolo Recensitiae celeberrima templo condidit.

Secundum regnum fuit Australium Saxonum, quorum Principatus non diu permauit, & pauci in eo reguli fuerunt.

Terium, Orientalium Anglorum, quorum Sigebert<sup>9</sup>.  
Rex primus Christianus Cantabrigie publicam academi-  
am extraxit anno salu. sexcentesimo & octogesimo.

Quartum, Orientalium fuit Saxonum, quorum Sigebertus rex à Mileto Episcopo Londinenſi sanctum baptiſta ſuſcepit.

Quintus, Merciorum, hoc est, Mediterraneanorum, regnum fuit. quorum Pendas Rex primus Christi nomen professus est, cuius exemplo, Merci paulo post communis consensu, Christianis sacris iniciati sunt.

Sextum Septentrionalium fait Saxonum, quotum Edi-  
nus rex primus, sub Honorio I. Pontifice Romano ad  
Christum, & ipsius fidem conuersus, S. Petro Apostoloru  
Principi templo ædificauit anno sal. humanæ D C X X V I I .

Septimum fuit regnum Occiduum Saxonum, quorum Inas rex primus Christianus regnum suum Romano Pontifici vestigiale reddidit circa annum salutis D C C X L. Denique praesentibus Occidentalium Anglorum regibus Britannia fere tota in unum regnum Anglie celsit sub Egberto rege circa annum Domini octingentesimum primum, qui fuit annus quadragesimus quintagesimus, ab adventu Anglorum in Britanniam.

*Ex his perspicitur, Anglorum regnum quod nunc est, cœpisse post annum Domini sexcentesimum: at vero Britannorum regnum, quod est ab Anglo-saxonibus eversum,*

duravit à Brutus, sive Britonis aduentu in eam iniuniam, vi-  
que ad C. Iul. Cesarem, per annos seicentum mille & quadra-  
ginta: & post C. Iulium idem regnum Britannorum per-  
mansit usque ad aduentum Anglorum per annos quatu-  
or & quingentos. Ex quibus Britannorum regibus primis  
Christi cultor, fuit ut dixi, Lucius, & prima prouincia,  
que publico regio edicto Christi fidem, & baptisma  
suscepit, fuit Britannia. Vnde merito Tertullianus libro  
adversus Iudeos ait, Britannorum inaccessa Romanis loca,  
Christo subditissime esse. & Origenes, in Ezechielen, homil. 4.  
Quando, inquit, terra Britannia ante aduentum Christi, in v-  
niuersi Dei religionem consenserit.

Porto, de Scottie Regno, quod hactenus per multos annos durauit, & perfuit in Britannic parte, que ab Anglia distincta, nunc Scottia dicitur: Recentiores scriptores Hector Bemius in hisloria, de rebus Scotorum, libro sexto, & Ioannes Leslie Episcopus Rossensis libro 3, scribunt, Donaldum, huius nominis I. qui fuit 27 Rex Scottie, cum multa de Christianorum pietate, & miraculis audisset, a Victore I. Romano Pontifice per litteras & nuncios suppliciter petisse, ut viros doctrina, & religione insignes in Scotiam ad se mitteret, & libtos suos Christi nomen proficitos, litterarum sacrarum institutis informarent, & salutari lanacero mundarent: quod quidem pius illi Rex facile impetravit, cuius exemplo exercitati populi, & Nobiles, Christi fidem, & Religionem amplexati sunt. Fuit, inquit illi Auctores memorati, hic annus post Christum natum CCCII, & ab Scotorum regno in istituto XXXXIII. ita ut a primo Scotorum Rege vique ad Mariam reginam Scottie, reges fuerint numero centum, & sex, per bis mille circiter annos: & Donaldus Rex, qui primus Christo adhaesit, fuit Rex Scottie, ordine vigeimus septimus. Ita ut ex vique ad Mariam reginam prefatam, reges fuerint octoginta, & omnes Christiani. Veteres historici nihil expresse tradiderunt de Scottie regno ad Christi fidem conuersio sub Victore I. Romano Pontifice, sed Beda libro primo, de Hisbor. Anglia capit. 4, & Damasius in Pontificatibus vita S. Eleutherii tradidierunt. Lucium Britanniae regem ab Eleutherio Maximo Pontifice petijisse viros, quipsum, & suos sacris Christianis imbuissent: & ita per viros ad eum missos Christi fidem, & Religionem suscepisse, & Britannos cam semper conseruasse. Sed cum Britannie nomine tota insula, que Angliam, & Scottiam continet, significetur, verisimile est etiam tunc Scottos Christianis factis initiatos fuisse, & eorum regem Donaldum a Victore, qui Eleutherio Pontifici proxime successit, vel ab ipso Eleutherio petuisse, ut sibi mitterentur, qui se, ac suos ciues atq; populos ad Christi legem, & Sacramenta conuerterent. Et hoc quidem de Antiquitate regum Christianorum.

Ocato queritur, An Romanus Pontifex possit Regibus regna abrogare, & alijs dare iustis in causis? Magna fuit semper inter Imperatos Regesq; ex vna parte, & ex altera parte inter Romanos Pontifices controvrsia, An certis in causis sit ius & potestas Summo Pontifici pruandi Reges regno suo. Reges enim aliqui cum Summis Pontificib; de hac questione sepius contenderunt, dicentes, regnum se à Deo, non à Romano Pontifice habere, & in his quae ciuilia sunt & temporalia, Regum supremam esse & absolutam potestatē. Deinde, duas esse à Deo constitutas potestates Regiam, & Pontificiam, c. Duo sunt, c. Si Imperator. c. Cum ad verum, dist. 96. &c. Quasi iam distinctione decima, c. Solita, de maioriitate obediencia, & utramque potestatem esse supremam, Pontificiam quidem in his quae sacra, Ecclesiastica, & spiritualia sunt: & in his solidum Reges, & principes Summis Pontificibus subesse tanquam filios patrib; & tanquam oves pastoriib;. Regiam vero potestatem summā esse in his, qua profana, ciuilia, & temporalia sunt, & in his Reges Pontificib;. minime subiici, si quidē & ipsim Rom. Pontificis ingenue factetur, se ciuilia, & temporalia Regib;. reliquaque: in t. Licit ex suscepione & extenore, de Fero cōpetenti, &c. Per venerabile, qui sūt sint legitimi.

Cæterum Gregorius VII. libro octavo Registrus epistol. 21. multis rationibus, & testimonijs probat, summum Pontificem ius, & potestatem habere Regibus abrogandi regna. Conquerebantur multi, quod ipse Henricus IV. Germanorum Regem execrationibus deuouisset, regique administratione priuata: Quibus ipse respondit, si id facere potuisse: quod & Romanorum Pontificum exemplis ostendit. Idem probat Innocentius Quartus in Concilio Lugdunensi, ut habetur in cap. Ad Apostolicam de sententijs. Et re iudicatur in sexto, vbi Pontifex ostendit: se posse Imperatorem Imperio priuare iustis, & legitimis causis. Et Clemens V. in Concilio Viennensi, ut legitur in Clement. Pastoralis de sentent. & re iudicatur. Nos, inquit, tam ex superioritate quam ad Imperium, non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua, vacante imperio Imperatori succeditus: Et nihilominus, ex illis plenitudinis potestatis, quam Clericus Rex Regum, & Dominus dominus noster, licet immortis, in persona Beati Petri concessit, &c. Et idem Clemens V. in Concilio Viennensi, ut refertur in Clement. Romani, de Iurecurand. demonstrat, Romanos Principes Romanis Pontificibus iusfruandum prestat, quo ipius obligantur. Innocentius quoque Tertius, in cap. solita. Et de maiestate & obediens, constituit, Imperatores Pontificibus non praeselle, sed subesse, & obediere debere. Idem etiam Pontifex in cap. Venerabilem, de electi. dicit: imperium Romanorum Pontificis auctoritate ad Graecia ad Germanos fuisse translatum: ergo si Imperatores Romanorum Pontificum auctoritate possunt Imperio priuari, possunt quoque Reges eadem Pontificum auctoritate regni exi. & Bonifacius Octavius, in constitutione, que incipit: Vnam sanctam, inter Extravagantes communes de maiestate, & obediens, expressim tradit, posse Regibus Romanos Pontifices regna admere. Gregorius Septimus, Boleslaui regem Poloniæ eius nominis Secundum, eo quod Stanislaui Cracoviensem Episcopum occidisset, anathemate percussit, & totam Poloniam sacris interdictis, & regnum ipi Boleslao solemniter iusfruavit, ac ne Episcopi in posterum Regem suo iniuliu inungerent & coronarent, Cramer. lib. quart. dreb. gestis Polonorum.

Gregorius Secundus Leonem Tertium, Imperatorem Constantinopolitanum, eo quod sacras imagines diruisser, à communis piorum cœtu, solemnai ceremonia removit: Romanos, & Italos absoluunt à sacramento, quo erant ipsi Imperatori obligati. Signatus libro tertio, de Regno Italia, in anno 716.

Zacharias, ut habetur in c. Alius. 15. quasi sexa Childericum Francorum Regem, non tam pro suis iniuriantibus, quam pro eo, quod tantæ potestati erat inutilis, Regno depositus, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem, in eius locum substituit, on. neq. Francigenas à iuramento fidelitatis absolvit.

Innocentius Tertius Ioannem Angliae Regem, quod in sacra, profanaque nullius ordinis, aut ætatis ratione habita delœuisset, missi Pandulpho iurisconsulto clarissimo sub graui denunciatione, torii Regni administratione submittit. Quare Rex ipse veheanter conterritus, ne ab Episcopis, Principibus, Popularibus; deficieretur, facti sui penitentes, ad saniores mentem redit, & Pontificem agnouit, ac iureiurando promisit se Pontifici paritum: posteriorisque Reges obligauit, vt deinceps Pontificem Romanum agnoscerent. Polydor. lib. 15. Historia Anglicana: quamquam subiungit, Ioannem regem quidem seid facturum perpetuo iurasse, non tamen ad id facendum posteros quoque reges obligasse.

Bonifacius VIII. Philippum Pulchrum Francorum Regem diris deuouit, & regno priuatum declarauit, ipsumque regnum Alberto Imperatori adiudicauit. Em. in vita Philippi Pulchri.

Iulius II. Ioanni Regi Vasconum, hoc est, Nauarre, quae est in Hispania, regnum abstulit, ac Ferdinando Castelle, & Aragonie Regi concessit, eo quod Ludouici Francorum Regis, eo nomine, XII. partes tueretur, quem ipse

Pontifex facis interdixerat: & ex eo tempore in eo regno Nauarre Hispaniarum Reges dominantur.

Pius quoque V. Elisabetham Angliae Reginam, ut haereticam, regno per sententiam priuauit, & Philippo Hispaniarum Regi eius nominis II. ius liberum concessit, quo posset ei regnum erectum sibi vendicare.

Denique Gregorius Magius ad finem Priuilegij, quod concessit Xenodochio in Augustodunensi virbe, a syagrio & Brunichilis constructo, ut habetur li. 11. Registris indicet. 6. epistol. 11. sic ait: Si quis vero regum, sacerdotum, iudicium, ac personarum secularium hanc constitutionem nostra paginam agnosceret, contra eum venire tentauerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reuictus, se diuino iudicio existere desperata iniquitate cognoscat.

Verum contra hæc, quæ diximus, multa obiectantur: In primis, qui Regiam potestatem tuentur, aiunt aduersarii in his, quæ temporalia sunt, Reges supremum ius, & potestatem habere. Respondeo, hoc nihil obstat, quo minus fateamur peccatum Romanum Pontificem, vt Vicarium Christi Domini, cui omnes Principes, ac Reges subiecti sunt, iure & habitu esse potestatem Regibus abrogandi regnum; viu vero, & actu certis in caulis, de quibus itatim postea, Reges quidem non habent alium prafatum, & ciuilem Principem, in cuius potestate sint, habent tamen Christum Dominum, & summum eius Vicarium, quibus sunt ipso iure diuino subiecti.

Deinde: Summus Pontifex ius habet excommunicandi Reges, & ratione peccati eos corripendi, non tamen regno priuandi; quoniam excommunicatio pena est Ecclesiastica: & ideo non solum summi Pontifices, sed etiam Episcopi possunt Reges anathemate pereire, & ita B. Ambrosius Theodosium Imperatorem à sacra Communione submittit, & Innocentius I. Arcadium Imperatorem excommunicavit: ut testatur Gregorius VI. lib. 8. Registris Epistol. 21. Et refertur in c. Duo sunt, distincti 9. Sed abrogatio regni non est pena Ecclesiastica. Item Regum Rex à Deo habet, non à Romano Pontifice. c. Duo sunt, &c. Si Imperator, dicit. 69. Et capit. quoniam, dicit. 10. Respondeo: vitramq; potestatem, spirituali, & temporali esse penes Romanum Pontificem, quia est summus Christi Vicarius, qui ei dixit in Petro: Quidquid soluerit super terram, erit ligatum, & soluum in celo: quod cum sit viuensale dictum, non est cur ad potestatem tantum spiritualem restringatur. Dixit itidem Christus: Pasce oves meas. vbi generatum, ones mei, inquit, non has, aut illas: & generali quoq; verbo, Pasce, videlicet spirituali, & temporali cibo, prout ad communem boicum Reipublicæ Christianæ pertinet. Neque enim dicimus Pontificem Romanum pro libidine posse regnum dare cui voluerit, & auferre: sed iustis in causis, videlicet ob communem pacem, salutem, & utilitatem Ecclesiæ, & Reipublicæ Christianæ bonum: nam cuius est Christianum populum ad salutem æternam dirigere, eius est remedium adhibere, & cauere ne id bonum impediatur, ac ut offensiones Christianorum, & peccatorum pericula, & ipsa peccata præcipit, devientur.

Quod vero obiectatur, Reges à Deo regnum habere: Verum est: habent quidem illi regnum, sed non proxime, verum electione, & suffragio populi, vel hereditaria successione, legibus & maioribus comprobata, & hoc nihil impedit, quo minus Reges, quatenus Christiani, Romanis Pontificibus subjiciantur.

Tertio obiectatur: Populo invito non potest Rex auferri, aut dari. Respondeo: a Romano Pontifice Regem auferri, vel dari iustis in causis: & tunc Populus, tanquam superiori, Romano Pontifici parere debet.

Sed quænam sunt causæ iusta, & legitimæ regibus abrogandi regnum? Respondeo, cismem causis, quib; potest Imperator imperio priuari, posse quoq; Regem suo regno spoliari. Superioris autem causas expolii, ob quas Summus Pontifex potest Imperatori imperium adimere, & auferre.

No[n]

Nono queritur, An populo, qui nulum alium præter Regem superiorum habet, ius & potestas sui deinceps Regem est regno? Ratio dubitandi est, quia populus supremam potestatem iam in Regem transtulit. Deinde non videatur regnum, quod successione hereditaria ad Regis posteros defetur, posse à populo auferri. De hac questio-  
ne pauca quædam dixit Sotus lib. 5. de Iust. quest. 1. articul. 3. Respondeo: Si sermo sit de Regnis, quæ sunt apud Ethnici-  
cos, posse Regnum totius populi concursum regibus abro-  
gari, non quidem pro libidine, vel arbitrio populi, sed iu-  
tis in causis: videlicet ob criminis regis in perniciem com-  
munis reipublicæ, cum ea sunt notoria, vel per euidentiam facti, vel per propriam ipsius regis confessionem in iudicio, vel per sententiam à populo in iudicio latam: & Rex ius habet, ut prius audiatur, & ius habet excipiendi ea, quibus iure possit seipsum tueri.

Quare si rex sit notorius ciudelis, si Tyrannus, si reipu-  
blica hostis, si bonorum hominum persecutor, si proditor patriæ, vel regni, si denique communis populi salutis, paci, & bono aduersetur, si superiorum habeat, is debet communis populi salutis consulere, idoneo adhibito reme-  
dio: si non habeat superiorum, populi sententia potest regno priuari.

Quoniam eti populus in Regem potestatem translu-  
terit suam, non tamen ita, ut se omni iure abdicauerit: ne-  
que enim voluit populus, ut dominaretur in regni perni-  
ciem, & interitum.

Nomine vero Populi intelliguntur Senatores, vel pro-  
curatores ciuitatum, & regni proceres, & Nobiles. Con-  
stat enim populus, ut minimum, ordine & statu Nobili-  
um, & plebeiorum, sive populatum.

Dices: populus est Rege inferior, ergo nequit eum re-  
gno priuare. Respondeo, tunc populum Regi abrogare  
regnum; vel vi iudicem per sententiam, & condemnationem  
criminis reipublicæ, vel iure naturali, ut vim vi re-  
pellat, ut se tueatur, & seueri.

Nec inde sit, ut regnum Democraticum sit; quoniam  
penes Regem quidem est summa potestas, sed non in po-  
puli perniciem & exitum, sed salutem & bonum. Quod si  
tegnus est hereditarium, tunc deuoluitur ad propinquoi-  
ores ex genere, & sanguine regio.

Quod si nullus propinquus extet, tunc Populi est per  
suffragia Nobileum, & Plebeiorum Regem creare.

Si autem sermo sit de Christianorum Regibus, non vi-  
deatur Populus id iuri & potestatis habere absolute, &  
simpliciter inconsulto, vel in seculo Pontificis Romano:  
Tum quia aliter multa in populo incommoda, & damna  
sequentur; tum quia tanquam summus Christi Do-  
mini Vicarius deber communis Reipublicæ paci, & bono  
prospicie. Item quoniam haber in reges, & regnum sum-  
mam potestatem, & ius. Vnde cap. Alius, decimaquinta  
questio, sexta. Proceres, & Populus Francorum Childe-  
ricum Regem ineptum regiae administrationi, & muneri,  
regno minime exuerunt propriæ auctoritate, nisi premo-  
nitio Romano Pontifice. Et ex cap. Grandi, de supplenda ne-  
gligentia Prælatorum in seculo, auctoritate Summi Pontificis  
regi Portugalie socii & ignauo, & ad regni admini-  
strationem inepto datus est Adiutoridoneus, non adem-  
ptum regnum.

Si historias legeris, cognoscens multos reges à suis po-  
pulis regno priuatos, sive per fas, sive contra fas, & ius  
fuisse.

In uno Scotiæ regno multos Reges legimus Nobileum,  
& Populi communis consensu, Regno pulsos.

Nothatus rex, Nobilebus concijs, & consentientibus,  
ob nimiam in suos levitiam, à quadam adolescenti o-  
cisis est. Sed hic Paganus rex erat.

Dardanus Ethnicus initio regni bonus princeps, post-  
ea flagitosus, ob stupra, libidines, & cædes hominum, co-  
muni omnium consensu regno, & vita priuatus est.

Lugratum vigesimum secundum Paganum regem, eo  
quod crudelis, avarus, & libidinosus esset, regni Proceres

1350  
indictio publico conuentu, regali auctoritate, & bonis o-  
mnib. spoliarunt. In Mogellum etiam Ethnicum XXIII.  
regem, ob stupra, scadafque libidines, & inexplicabilem  
austeritatem, Nobiles conspirarunt, & cum occide-  
runt.

Conanus XXIV. rex, Paganus, flagitosus, luxuque  
prætermodum deditus, à Nobilebus in carcere missus  
est: & Prorege substituto, in carcere tandem misere periret.

Methodus eius nominis ILXXVII. rex nihil nisi de  
pecunia cumulanda cogitabat: quare regni Principes e-  
um, tanquam regio muneri ineptum, custodiæ tradidit,  
regno priuari & vita, hic Christianus fuit.

Euenus, eius nominis III. & XVIII. Scotorum rex, flagi-  
tiosissimus, luxu, & austeritia inexplicibili ardens, Nobile-  
um consensu, regno exutus est, in carcere conicetus, &  
ibi necatus a iuvene, hic Paganus erat.

Athirico XXIX Scotiæ Rex, Christianus, initio qui-  
dem bonus princeps fuit, sed postea flagitosus; Nobile-  
um coniuratione capitus, seipsum postea interemit.

Romanus XXVI. Rex Scotorum, quod in populos cru-  
delis est, Nobileum coniuratione oppressus interiit: fu-  
it hic Christianus. Hac omnia Leijens Episcopus Roffensis in  
historia, de Reb. & morib. Scotorum.

Petrus cognomento Crudelis, Rex Legionensis, & Ca-  
stellæ, quod in suos deserviret, communis procerum, & po-  
pularium consensu è regno pulsus est, & in eius locum suffi-  
ctus Henricus frater, quamvis nothus. Marian. lib. 27. c.  
8. de rebus Hispania.

Dicimo quæritur, An priuato homini licet occidere  
gladio, veneno, proditione, infidili, aliquo quouis modo,  
Regem tyrannice dominantem? Ratio dubitandi est ex v-  
na parte quia Sanctus Thomas in secunda distinctione qua-  
dragesima, quæstione secunda, articulo secundo ad ultimum. Et  
libro secundo, de Regimine Principum capitulo sexto, ait: quando non est recurvus ad superiorum, laudabiliter occi-  
datur Tyrannus, cui per violentiam se fecit Dominum. Et  
probat illud ex scriptura: nam Iud. 3. commendatur  
Aioth, qui interfecit Eglon regem Moabitum; qui  
per tyrannidem in Israele dominabatur. Laudatur quo-  
que in profanis historijs Brutus, eo quod liberauerit Ro-  
manum populum à tyrannide Tarquiniorum. Commen-  
dantur etiam à Cicerone in officijs interfectores Iulij  
Cæsaris, qui per tyrannidem Rempublicam Romanam si-  
bi subiecerat. Ex altera parte est Synodus Constantiensis  
fessione decimaquinta. In qua damnatur articulus quidam  
Iohannis Hus, dicentes: Quilibet tyrannus licet potest à quo-  
cuunque subdito interfici. De hac quæstione Sotus libro quin-  
to de iustitia quæstione prima, articulo tertio. & Caietanus se-  
cunda, quæstione sexagesimaquarta, articulo tertio. Sal-  
lon, & Petrus Aragonius & Ioannes. Et ibidem alii iuniores  
Sancti Thomæ interpretæ. Sic etiam Couarruius  
in quarto libro Decretalium, de matrimonio parte secunda, capi-  
tulo tertio, §. quartio, numero sexto, & citat Fab. in Angel. in-  
stitut. de iure naturali gentium & ciuil. §. ius gentium Omnes  
hi Auctores respondent, distinguendo: Dupliciter quis  
est Tyrannus, aut iure ipso, & titulo, qualis est is, qui  
per vim, vel bellum iniquum regnum inuasit & occu-  
pavit: aut gubernatione, & administratione, vt est is  
qui iure quidem Rex, vel Princeps est; sed tyrannice  
regnat, & dominatur, hoc est, sui priuati commodi,  
non Reipublicæ causa. Item Tyrannus aut superiorum  
habet, ad quæm pateat aditus, iure interfici non po-  
test, sed adeundum est ad superiorem; vt is idoneo ad-  
hibito remedio, communis Reipublicæ saluti prospiciat:  
Si vero superiorum non habeat, tunc, inqui-  
unt, si est tyrannus iure, & titulo, licite potest à quo-  
uis priuato interimi. Id probant, quia quādiu est  
tyrannus, Reipublicæ vim infert, & cum ex bellum ge-  
nit inustum. Sed quilibet priuatus homo est Reipu-  
blicæ pars: ergo sicut Reipublica ius habet tuendam  
seipsum vim vi repellendo, sic etiam quilibet ciues: &

de eo Tyranno loquitur, inquiunt, Sanctus Thomas, cum dicit laudabiliter occidi Tyrannum: & commendatur Aioth, Brutus, & interfectores Iulij Cesaris. Quando vero aliquis est tyrannus solum administratione, & gubernatione regni, tunc nequit licite a priuato homine occidi, quia iure, & legitimo iure regnum possidet. Ergo quamvis tyrannice gubernet, interdicti nequit, donec judiciali totius regni, aut Reipublica sententia iudicetur, & condemnetur prius auditus, & data ei facultate, qua excepit aliquid, ad se defendendum: est enim contra ius naturale, damnum quempiam non auditum.

Hæc sententia quamvis tot auctorum testimonio comprobetur, mihi tamen dubia est. Primo, quia in Concilio Constantiensi damnatur articulus hic: *Quilibet Tyrannus licite potest a quocumque subdito interfici*: Vbi Synodus generaliter de tyranno loquitur. Ita Sanctus Augustinus lib. i. de Civitate Dei ait: *Qui sine aliqua publica administracione maleficem occiderit, velut homicida iudicabitur*: & tanto amplius, quanto fibi potestatem à Deo non concessam usurpare non timuit. Hæc ille. Insuper Aioth non occidit Aeglon Regem, ut priuatus ciuius, sed auctoritate publica, ut electus à Deo, & missus à populo ad illum interimendum. Præterea sanctus Tomas expresse non dixit tyrannum, qui se fecit Dominum, laudabiliter occidi. Huc accedit, quod maleficus, nisi prius audiatur, & iudicetur, interdicti iure non potest. Præterea evidenter patrati sceleris quamvis accusationem, & probacionem non posulet, requirit tamen sententiam, ut ait *Glossa in capitulo Evidentia, de Accusat.* Insuper quamvis huiusmodi tyrannus ius, & titulum non habeat in regno & principatu, factio tamen habet possessionem, è qua deiici non potest, nisi prius audiatur, & iudicetur. *Lege Caerensem lib. aduersus heres, in verbo Tyrannus.*

Vnde decimo queritur, An valent sententia, edita, & mandata Regis tyrannico dominantis? Distinguendum est: Si tyrannus sit sola administratione, & gubernatione valent, quia ius & titulum haberet, & in hoc communis est sententia. Si vero sit tyrannus iure, & titulo, quia per vim, vel per bellum iniquum regnum inuasit, & occupauit, non valent.

Communiter sentiunt omnes non valere, eo quod sententia à Iudice non competenti lata, vim & locum non habet, & mandata eius, qui legitimus superior non est, non obligant. Hoc vero intelligitur, non valere per se, nam ex accidenti, & aliunde valent, eo quod Respublica in hoc suum consensum præstat expresse, vel tacite.

Duodecimo queritur, An subditi Regis tyrannice dominantis, cura conscientia petere ab eo possint, ut ius ipsi dicat: *Hanc questionem tractat Caletanus in summa in verbo Tyrannus, vbi distinguit*; Si tyrannus fuerit sola administratione, licite ab eo petere queunt, ut eis ius dicat, quia cum ius & titulum in regno habeat, competens est iudex, & legitimus superior. Si autem fuerit iure, & titulo tyrannus, tunc ratio est dubitandi, quia ex una parte petunt ab eo id, quod sine peccato ipsi præstare non potest, quoniam non est Iudeus competens, nec legitimus superior. Ex altera parte vero licite videtur subditus ab eo petere, quia alium superiorem adire non possunt, nec videtur in peccato illius consentire, & ius suum petere.

Dicendum est, licite eos ab eo id petere, quia quamvis ius, & titulum non habeat Respublica, tamen tacite consentit in hoc, ut ciuibus ipsi Tyranno facto non iure subditis, ius dicat, ac si esset competens Index, & legitimus superior.

Dicomo tertio queritur, An Regi, vel Principi Tyranno ciues parere secundum conscientiam debeant? Respondeo, in capitulo Iulianus, undecima questione tertia, ex Ambroso sic habet: *Iulianus Imperator, quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat: producite armis pro defensione Respublice, obediebant: cum*

*autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscabant imperium cali, non terra. Et Augustinus in capitulo, Imperatores. undecima questione tertia, ait: Iulianus exitus fidelis Imperator: nonne extitit Apostata ini quis, & idololatra? Milites Christiani seruerint infideli Imperatori: ubi veniebant ad causam Christi, non agnovebant, nisi illum, qui in celo erat. Quando volebat ut Idola colerent, & eis thura adularent, proponebant illi D evi: quando autem dicebat: *Producite armis, ut contra illam gentem, statim obtemperabant*; & distinguebant Dominum eternum a Domino temporali. Sic illi patres. Quare dicendum est: Si mandata Principis, alioqui tyranni, sint æqua, & iusta, pacandum est. Unde Apostolus Petrus, etiam dyscolis superioribus obtemperandum esse monet. Si vero fuerint mandata iniqua, hoc est, contra ius diuinum; vel naturale, vel Gentium, vel Ecclesie, obedendum est Deo, non homini.*

Dicomo quarto queritur, An Regi focordi, & ignaro possit licite abrogari regnum ob solam eius negligenciam & desidiam? De hac questione agit in Glossa e. Grandi, de supplenda neglig. *Prælatorum, in sexto, vbi videtur sentire, non esse illi regnum abrogandum.* Et certe ex illo e. Grandi, id colliguntur: nam Regi Portugallia alioqui ignaro, & desidi, Papa non dixit, adiumentum esse regnum, sed donecum adiutorum dandum. Et alia parte VVencellio Imperatori Imperium est ablatum ob ignauiam solam, & sordiam. Item Zacharias Pontifex, ut habet cap. *Alius, decimaquinta questione sexta, consulutus à Francis: Vt ter portus regnare deberet, ignarus, & negligens Princeps, An vero strenuus, indutus, & diligens?* Respondit Papa, strenuus & diligenter: ac ita Franci Childerico è regno deiecto ob ignauiam, hoc est, quia erat ad gubernandum inutilis & ineptus, Pipinum Regem crearunt. Quare dicendum est: Si communi Reipublice salutis commode consulitur idoneo adiutoro dato Principi negligenti, & ignaro, Papa Iure potest dare adiutorum, ut in e. Grandi *supracitato.* Si vero aliter Reipublica pax, & tranquillitas, & salus conseruari commode nequit, nisi Princeps ob ignauiam regno spolietur, tunc licet è regno deiicitur, ne oriantur in Populo scandala, seditiones, & mala deteriora.

## CAP. V.

*Quæ virtutes Reges deceant.*

IN primis Regem statuo maxime pietatem, & Religionem in Deum: unde primo *Paralipomenon vigesimo octavo*, filium suum Salomonem iam moriturus his verbis *D A Y D* alloquitur: *Tu autem Salomon filius, scito Deum patrii tui. Et serui ei corde perfecto. Et animo voluntario. Omnia corda seruatur D Q M I N V S, & universas mentium cogitationes intelligit. Si quasvis eum, inuenies: Si autem dereliqueris eum, proieciet te in eternum.* Teste Aristotle libro septimo *Polit. capitulo octavo,* [In Reipublica administratione prima omnium est curatio rerum diuinarum] Sic ille. Nam pietas & religio in *D E Y M*, cultusque diuinus cunctis procuracionibus & munericibus, publicis & priuatis debet iure diuinæ & naturali anteferti. De *T H E O D O S I O* Imperatore legimus apud *Theodoretum* libro quinto capitulo trigesimo sexto, cum aulam suam veluti scholam, in qua ad pietatem, le, suorum exercuit, instituisse, temporaque distribuisse lectiōnum, psalmorum, ieiuniorum, immo & vigiliarum. *C H R I S T U S* Dominus dixit: *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius & cetera.* Firmissimum est Reipublica fundamentum, & Religio, quæ *D E Y M* debet cultum, & honorem deserit: quia neglecta, nihil potest esse in Republica præclarum, stabile, & firmum. Vnde Augustinus in Opusculo, de duodecim gradibus

bus abusorum, in gradu 6. Sicut pax illius, inquit, nisi bene  
fixus firmiter alicui fortiori adhaereat, omne quod in eo pendet,  
cito delabatur. Et ipse solitus à vigore sua firmitatis, cum omnibus,  
ad terram delabitus. Sic & Princeps, nisi suo Conditori per-  
tinaciter adhaerit, & ipso, & omnis qui ei consentit, cito depe-  
ris. Tullius in orat. de Aruspis, respon. ait, Romanos non cal-  
liditate, aut robore, sed pietate, ac religione omnes gen-  
tes, nationesque superasse. Laetant. lib. de ira Dei, capitulo  
duodecimo, Religio, inquit, & timor Dei solus est, qui cu-  
stodit hominum inter se societatem. Tolle, ait capit. decimo-  
octauo, hoc vinculum, vita hominum iustitia, scelere, &  
immitate complebitur. De Iosaphat legimus, eo quod pius,  
ac religiosus esset, à Domino pace diuturna, & amplissi-  
mis diuitiis, numero summisque exercitibus donatum,  
diu regno praefuisse. Contra vero, reges pietatis & religio-  
nis contemptores, infelicitate & vixisse, & deceisisse. Re-  
gum est religionem colere, tueri, souere, & conseruare.

Proceriorum vigiliu nono, Cum impy, ait Salomon,  
sumperint principatum, gemit populus. Cyrus lib. de Recta  
fide, ad Theodosium: Gloriofa, inquit, in Deum pietas regis  
honoribus immobile fundamentum est. Impy reges misere, ac  
mali male pereunt: Contra vero, pietatis cultores sine labore  
vincere solent, & aduersarij prauulare. Niccephorus libro de-  
cimotertio Ecclesiastice historiae, capitulo primo, The-  
odosius, ait, moriens nihil aliud sibi mandauit, quam ut eam  
pietatem integrum seruarent, per quam eos affeuerant pacem  
habituros, & bella sospitos, trophaeaque excitatuos. In vi-  
ctoriam à Deo consecuturos esse, Leo ad Theodosium Augu-  
stum, Epistola undecima, ita scribit: Pro integritate fidei Ca-  
tholicae, Christianissimum Principem conuenit efo sollicitum.  
Et Epistola vigesima quinta ad eundem: Defendite contra  
Heresitos in concussum. ECCLESIA E statum, ut & ve-  
strum Christi duxera defendatur Imperium. Gregorius Regi-  
næ Francorum Epistola quinquagesimale optima li-  
bro nono: Facite quod Deist, & Deus faciet quod vobis est.  
Autor operis imperfecti in Matthaeum Chrysostomi  
nomen ferens, in homil. prima: Quicunque regum, in-  
quit plauerant Deo, diutius regnauerunt, & propperati sunt,  
& inimicos eorum humiliauit Deus sub manus eorum. Quot-  
quot autem maligne geserunt, velociter & à regno, & à vita  
cum amara morte precipiunt, & humiliavit eos Deus sub  
immitiis eorum. Sanctus Thomas libro secundo, de Re-  
gimine Principum capitulo ultimo, Diuino cultui Rex,  
inquit, toto conatu incumbere debet, tauquam debito finito:  
non solum quia homo est, verum etiam quia dominus, & quia  
rex est. Omnes autem reges, qui religiosi seruunt suum carcerum  
feliciter consummaverunt: qui vero contra, infeliciam conse-  
cuti sunt exitum. Tradunt etiam historici, quod in qualibet  
Monarchia ab initio seculi, tria se inuicem comitata sunt, Di-  
tinus culmen, Sapientia Scholastica, & Sacularia potestas: qui  
quidem tria se inuicem per ordinem consequuntur. Sicille.  
Deteretur Rex absurdas & impias voces illorum, qui  
dicunt Principi non tam colandam pietatem, quam dan-  
dam operam, ut sancte & pie colere videatur simulando,  
dissimulandoque, ut pueros talis, sic viros iuramentis fal-  
lendos esse. Hæc ex Dionysij Tyranni nefaria & impia  
schola, non ex Patrum Doctrina, nec ex Christiana re-  
ligione, immo nec ex vera philosophia morum profecta  
funt.

Decet item Reges clementia, lenitas, humanitas, man-  
suetudo. Qui vult amari (dixit quidam) languida regna ma-  
nu. Nihil est, dicebat Antoninus Pius, quod Imperatorem  
Romanum magis commender gentibus, quam clemen-  
tia. Odis (ut dixit Euripides) Deus nimis vehementer im-  
petus. Odero ciues, Gratior est moderatio. Unde pius ille Rex, &  
Propheta Deum precabatur: Memento Domine David, &  
omnis mansuetudinis eius.

Et de Mose numerorum duodecimo, dicitur: Erat Moyses  
vir mihi simus super omnes homines, qui morabatur in terra.  
Cicerio in Oratione pro lege Manilia: Frugi hominem dicit,  
non multum laudis habet in rege fortis, iustus, severus, gra-  
uem, magnitudinem, largum, beneficum, liberalem, & mansue-

tum: ha sum regia laudes. Basilius Hexameron homil. 8. Est  
quidem aculeus apum regi sed non viritur eo ad visionem. Leges  
quæda he sunt nature, non scripta, ut tardis sint ad vindictam,  
qui ad maximas potentias sunt enediti. Claudianus Poeta:

Suus in primus nam cum vincamus in omni  
Munere sola Deus equat clementia nobis.

Salomon quoque Proceriorum vigiliu, Misericordia, Generositas, inquit, custodiunt regem, & roberatur clementia  
throne eius. Plutarchus in vita Demetrii: Regem Antigo-  
num dixisse tradunt, benevolentiam sibi semper visum optimum regi fundamentum, verissimum praesidium. Item in vi-  
ta Arat: Vora ac stabili ciuium benevolentia, opima principis  
cugitoris isti Latronerupes, & faxa incolunt, & precipitijs se ren-  
uentur: Regi autem nihil sibi as benevolentia firmus, aue munis-  
tus esse potest. Sic ille, Procil absint a Regibus i adulato-  
res, qui monent, non floccipendum Principem si crudelis  
habeatur, modo hac via subditos dicto audientes  
efficiat. Oderint, dum metuant. Non hæc veri Philosophi  
docuerunt, sed Tyranni, qui timeri, non coli, & amar voluerunt. Nihil violentum perpetuum. Qui amat, offendere metuit quem amat: qui vero metuit, nec amat,  
is odit, inuidiasque, vel machiaatur, vel oblatas accipi-

Tertia virtus Regum est Liberalitas: de qua dixit Poly-  
bius: Principi est benefaciendo uniuersit, liberalitate & ele-  
menta populi subiectos gubernare. Marinor Roma reper-  
tum est, in quo scriptum erat: Potentissima dos in principes,  
liberalitas atque clementia. Nihil est quod magis populos  
turber & ciues, quam si videant annonaq; caritatem, finio-  
pia & penuria laborent, Milites donis, populus annonaq;  
abundantia penitus conciliantur.

Quarta virtus Regum, est Iustitia: cuius est suum cui-  
que tribuere. Vnde Salomon Procerb. nono, Rex iustus,  
inquit, ergit terræ. Rex qui iudicat in veritate pauperis, do-  
nus eius in eternum firmabitur. Psalmus septuaginta optimo  
aut Dauid: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam fi-  
liori regi. Trajanus Praefecto prætorio dixit: Accipe hunc gla-  
dium, & si iuste imperaveris, pro me vivor: Sin minas, contra  
me. Plutarchus in vita Demetrii: Nihil tam egregium tam  
que proprium Regis esse videtur, quam iustitia opus. Mors eum,  
Timæus, inquit, Tyrannus est. Lex autem omnium rex, iux-  
ta Pinardus poeta sententiam: Atque Reges, ut inquit Homerus,  
non expugnatrixi urbium machinas, armatas naues, sed iustitiam  
ab Ione sumptu exerceant, custodiique decet. Idem in vita  
Aristidis, Iustitia quidem causa est, ut Principes amentur,  
bonarentur, colantur. Augustinus libro quarto, de civitate Dei  
capitulo quarto: Remota iustitia, quid sunt Regna, nisi magna  
latrocinia? Gregorius libro septimo Epistolatum. Epist.  
120. Summum in Regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cu-  
isque iura seruare, & subiectis non fruere, quod potestatis est fe-  
ri, sed quod aquum est custodire. Hieronymus in libro se-  
condo Paralipomenon: Rex, & populus obediere Deo debent,  
& legi eius: Populus erga Regem fideliter agere, & Rex populum  
cum iustitia regere. Hæc illæ. Iustitia est, qua Rex Iudices &  
Magistratus constituti, leges sancit, delicta & scelerata vin-  
dicat, bonos præmijs debitis afficit: Militibus, & alijs debita  
stipendia perfoluit: honorum, dignitatum & offici-  
orum titulos, & iura distibuit: tributa, vectigalia, & opera  
iusta imponit. Rex iudices constitutis iuriis peritos, bo-  
nos, integros, incorruptos: non delectatur scutris, adulato-  
ribus, assentatoribus, detractoribus: non grauat subdi-  
tos immodicis oneribus, vectigalibus, Pastoris est pecus  
tondere, non deglubere.

Quinta virtus, quæ in Rege laudem magnam habet,  
est Fortitudo, & præfectum bellifica. Porro fortitudo in rebus  
aduersis, arduis & periculis maxime appetit. Magni,  
& fortis animi est, ait Cicero in lib. de officijs, nihil extimes-  
cere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere potest,  
intolerandum putare.

Sexta Rerum agendarum prudentia, scientia rei mi-  
litaris. Falsa prudentia est, sub specie prudentie, dolis, a-  
stu, fraudibus vti. Absurdæ sunt illorum, qui Principibus

adulantur, voces, cum aiunt ea promissa seruanda, quæ regis commodis inferuunt. Ita Principem seruare fidem debere, ut cum id regia utilitas flagitauerit, eam violare non debeat: Malis moribus implendam ciuitatem, ut quam libuerit, vindictam sumere possit: alendas & fouentes inter subdinos factiones: & boni publici studiofos è medio tollendos.

Cætera mortalium in hoc statu consilia, quod sibi conducere putant. Principum diuera fors est, quibus præcipua ad famam dirigenda. Hæ assentatorum sunt voces. Quanta erit Principis auctoritas, si sedis agus sit, si perfidus, si perius, si diffidens, si dissimulans, sublata fide, justitia cum humana societate conuellitur. Deceplanda duo virtus, videlicet: Nunquam dicere quæ facturus sis. Nunquam effi:ere, & præstare quæ dixisti.

Septima Regis virtus est Magnificentia, cuius est impenitus & sumptibus non parcere. Regum est magnifica templa extruere, cœnobia ædificare, amplissimis donac redditibus, Academias publicas erigere, Dei ministros sustentare, pauperum inopiam subleuare, captiuos redime, viudas & orphanos alere. Hospitalis domos communis pietatis gratia construere.

Non est Regum & Principum tempus conterere in minimis, ut in mulcic configendis, quod faciebat Domitianus; in lucernis faciendis, ut Eropus Macedonius Rex: in simulacris è cera fingendis, ut Valentianus: in mechanicis fabricandis, ut Ptolemaeus Philadelphus Ægypti Rex: in curandis & pseundis accipitribus & canibus venaticis. nec enim debet Rex nimis venatione se dedere, ut Mithridates Rex Ponti, aut otio, ignavia & socordia indulgere, ut Wenceslaus Imperator.

Octaua Regum virtus est, Magnanimitas: cuius proprium est magna & excelsa virtutum opera præstare; honore, laude & gloria digna. Nam quamvis virtutis opus non debeat esse honoris & gloria studio, quæ minorata sunt bona, quam virtus: at ipsa virtutum opera per se sunt digna honore, laude & gloria, quippe quæ virtutis debentur.

## C A P. VI.

### De Regum virtutis, & peccatis.

**N**omine Regum in praesenti capite intelligimus, quo quis Principes supremam potestatem in ciuibus, sive temporalibus rebus habentes. Virtus itidem, & peccata intelligimus non ea, quæ sunt Principum, & priuatorum hominum communia, sed ea quæ sunt propria Principum.

Turpis admodum est in Regibus immodica regnandi libido, nimis dominandi cupiditas. Vnde peccata multa oriuntur, dum Rex inique aliena regna, Principatus & ditiones querit, vel concupiscit, aut inique parta non restituit, nulla iusta causa ab hoc excusante. *c. Quid culparat 23. quæst. 1. cap. Sires 14. quæst. 6. Nauarrius in Manuali, cap. 25. numero primo.*

Item cum Rex inique bellum indicit, infert, aut gerit, videlicet absque iusta causa, vel contra, sive præterius debitum alteri, & tunc secundum conscientiam cogitabat alata restituere, illata dama reficeret. *S. Thomas secunda seunda, questione 40. articulo 1. Nauarrius in Manuali, cap. 25. numero 6.*

Item, peccat Rex, qui cum alio Rege Christiano dubiam aliquam & antiquam litem, vel controuersiam habens de aliquo Regno, Principatu, vel Ditione, quæ iure extingui non poscit, eo quod superiorem non habent: neque bello dirimi, quia sunt & que potentes, & neuter alteri bellum inferre valent sine ingenti deterritione, & scandalo, renuit in arbitrios omni suspitione carentes compromittere, ant recusat omnino petere, vel accipere con-

diones æquas & iustas, quibus pars reconcilietur, aut confirmetur. *Nauar. in Manuali, t. 25. n. 4.*

Turpis quoque est in regibus ignavia & socordia, quæ multorum est peccatorum mater. Peccat Rex, qui regni sui arcis munendas non curat, ita utinde populus, vel scandalo offendatur, vel occasionem artipiat cōcūmeni di Principem, vel coniurandi aduersus eum aut rebellandi, aut periculum probabiliter creetur, ne hostis regnum inuadat & occipet. *S. Thomas de Reginâ Principum, lib. 2. cap. 11. Nauar. in Manuali, t. 25. n. 3.*

Peccat itidem Rex, cum ob inertiam, & ignaviam publicas Regni vias non resicit, non munit, non custodit, ita ut viatores gravi deumento & damno afficiantur. *S. Thomas libro citato capitul. duodecimo, § 15. Nauarrius libro allegato, num. 4.*

Peccat etiam Rex cum pauperibus, viduis, aut alijs personis, quæ leges & iura miserabiles appellant, extremam vel gravem necessitatem palliis, & ab ipso subsidium pertinentibus, non subuenit, cum commode possit. Peccat item, cum subditos per cordiam non prohibet ab usurpando alieno, vel à furtis, aut rapinis, adulterijs, homicidijs, periusis, falsis testimonij, fraudibus, dolis & iniquis artibus nocendi proximo, & æquitatem & iustitiam violandi, & secundum conscientiam cogitare refarcire damnis. *Richard. in 4. dist. 15. art. 5. q. 5. Nauar. lib. supra cit. n. 8.*

Peccat insuper, cum ita negligenter se gerit, ut in hilcriter abolendas populi conuentudines prauas & illicitas, veluti suratum, contractum lege diuinam, naturali vel Canonica prohibitum. Ludorum, qui exercentur atque spectaculorum, quæ exhibentur cum probabili animi vel corporis periculo: aut cum nihil curat, si precia rerum venakum sint iniusta: Si pondera vel menura sint diminuta, aut minores, quam leges & iura postulant. Si factiones aut seditiones fuerit, aut sedandas non curaverit: Si ob desidiam eius populus anno penuria, vel aliarum rerum necessiarum ad victum, caritate laborauerit: Si leges Reipublicæ viles & salutares non dederit, aut datas, custodiendas nihil curauerit: Si necessaria ad Regiam familiam sustentandam non prouiderit. Si pecunias, & alias res pecuniae æstimabiles, quibus Regnum defendi & conseruari debet, non parauerit. *Nauarrius in Manuali capit. 28. numero primo secundo, & tertio: ex Sancto Thoma, & Sancto Antonino.*

Fugienda est Regibus & Principibus prodigalitas: nam regni vires eneruanur & debilitantur profusis principum largitionibus: vnde fit, ut rectigalia & tributa à subditis exigantur maiora quam par sit, & debita contrahantur plura, quam æquum sit: grauissimis onerib; populus gravuerit. *Nauar. loco cit. nu. 3.*

Derestabili est in Regibus iniustitia: Regum enim est suum ius cuique tribuere. Peccant Reges, si tributa iniqua subiectis sibi populi imponant: si antiqua augent, ab quæ publica Reipublicæ necessitate, & secundum conscientiam restituere debent, quæ ita extorquentur. *capitulo. Militia, vigesima tercia, quæstio prima.* Peccant itidem, si subditos cogant sibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere, purate vites, aut alia similia facere non soluta illis debita sibi laboris mercede. *Sanctus Antoninus par. 3. tit. 3. cap. 4. §. 4. Nauarrius loco cit. nu. 6.*

Peccant, cum leges iniquas condunt, videlicet contra ius diuinum, naturale, vel Canonicum: nimisrum, dum Clericos, & Dei ministros vexant, impediunt, aut infestantur: Dum iurâ vel bona Ecclesiastica sibi arrogant & usurpant: dum sacris ædibus tamquam profanis vruntur: dum hos vel illos dispensationis priuilegio à lege diuinâ vel naturali sine iusta & debita causa solunt: Dum non sicut, ut Republique immunitatibus sibi iure diuinâ vel naturali concessis gaudent: dum minis aut importunis precibus, aut per vim vel fraudem compellunt subditos ad donandum sibi bona sua, & secundum conscientiam debent donata restituere: neque enim talis donatione vim & locum habet: nec Reges sunt domini co-

rum

rum bonorum, que subditi iure possident. *Nauarrius loc. cit. num. quinto & sexto.*

Et quoque in Regibus maxime turpis auaritia. Peccant Reges, si leges condant ad sua tantum commoda priuata; ad superiuacaneum vestitum, victum, & vnum, ad pompas, ad conuinia, ad voluptates, ad venationes immodicas. *Nauarrius loc. cit. n. quarto & sexto.* Si pecuniarias multas exigant sui tantum priuati commodi gratia, non boni communis.

Peccant itidem, cum publica Magistratum aut ludum officia vendunt, aut dant in dorem vel mercedem obsequiorum tam cate, aut ijs hominibus, ut probabilitate credant, aut saltene credere debeant male hos officios viros, aut populum sibi subditum oppresuros. *Ausen. ut Indices sine quoque sufficiant. Ausen. de Mandatis Principum, & S. Thomas in Opus. 21. ad Ducissam Brabantia q. 1. Nauar. libro citato nu. 7.*

Negandum non est, talia officia in bonis & patrimonij Regum contineti, ac proinde Reges iure possunt ea vendere. Sed certe non id debent, licer enim aliquando aliquid facere, quod tam non expedit: Cum talia officia venduntur, multa incommoda & damna in Republica sequuntur, ut id ipsa sati per se experientia docet. Panormitanus, & alij cap. primo & secundo. *Ne Pralati vices suas, communites docent, huiusmodi lucrum sordidum esse, & lethaliter peccare, qui accipiunt: & Silvester verbo, Dominum questionem quaria, vna cum alijs Summis suis ait, talia officia vendi quidem posse, sed non expedire.* & Nauarrius libro citato numero septimo dicit, monendos esse Reges ac Principes, ut lege constituant certum pretium, ultra quod nihil possint accipere. Magistratus, iudices, & ceteri Reipublice ministri, quod si acceptent, id non faciant as suum. Exeat apud ipsum Nauarrius Pontificia Constitutio Pij Quinti contra eos qui ambiant officia iurisdictionem habentia, his verbis: Nemini de cetero licet medietate pecunia, vel solutione, vel traditione, vel promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quous modo facientes aliquas dignitates, & officia, exercitum & administrationem iurisdictionis habentia, procurare, assequi, & obtinere; ac si quis his praefontibus contravenire quo modo dici, aut censeri potuerit, ipsius contravenientem eo ipso confusione omnium bonorum, degradationis, & amissionis tam pruidelij Doctoratus, quam quorumcumque per eum obtentorum officiorum tam secularium, quam Ecclesiasticorum, ac demum ultimi supplicij penam irremissibili incurrere volumus. & infra: Et quod ubiquecumque, & quandocumque comportum fuerit per interpositam personam alias pecunias, seu alias res traditas, seu promissas fuisse alicui Curiali, familiari, vel cuiuscumque alteri persona pro officiis & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, ita, qui officium huiusmodi obtinuerit, se a premisis attenta interpositione persona, huiusmodi nullatenus excusari querat: quinimum nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure presumptam solutionem & promissione huiusmodi de eorum qui dignitates & officia similius obtinerent, consensu & mandato penitus esse facta: eisdemque propterea penie subiacere omnino intelligatur. Sic ibi. Peccant itidem Reges, qui Reipublice praeficiunt ministros, quos sciuerint esse imperitos, vel malos, vel aliquo modo indignos, aut cum tales esse resciuerint, ab officio non remouent: cum possent commode absque ullo periculo & damno: & secundum conscientiam cogunt illata damnam resciere. *Scotus in quarto, distinctione decima quinta, quæstio seunda. articulo quarto. Nauarrius libro predicto, numero primo.*

Insuper peccat Rex, qui per se, vel alium condemnat hunc vel illum subditum inaudita causa, aut denegata ex se tueri & defendendi potestate, aut non habita publica notitia ex publicis in iudicio probationib. ut colligitu ex *francio Thoma, secunda secunda quaest. sexagesima septima articul. primo, & Caetano in summa, verbo, Homicidium. Sententia enim, cum sit actio publica, scendat est, non ex priuata*

notitia, sed ex publica in iudicio habita. Item iuris naturalis est, ne quis non auditus, vel non defensus damnetur. *Clement. Pastoralius §. Ceterum, de Sententia, & Re iudicata. Glossa in extrahaganti. 1. de dolo & Consumacria. Quare homicida sunt ij Reges, qui hunc, vel illum subdum non auditum, aut non data facultate se tuendi secundum leges & iura veneno, proditio, aut alio modo interfici iubent, vel officijs, dignitatibus, honoribus aut alijs quibusvis bonis, quæ non sunt ex numero eorum, quæ ad numerum tolli possunt, priuant ex sola priuata notitia, non publica: & peccant ministri, qui huiusmodi Principum mandatis obedient. Sunt enim mandata contra ius divinum & naturale, in quibus Principi parere non coguntur.*

Quid dicendum, si quis fuerit reus mortis ob crimen, cuius est vel infamia, vel vanus testis omni exceptione maior, vel indicia probabilia? Respondeo, tunc Regem ius habere torquendu illum, ut veritatem fateatur, & per sententiam damnetur ad mortem, iure tamen non possit illum statim morte punire.

Quid si fuerit reus mortis ob crimen notorium per evidenter facti? Respondeo, in ea. *Evidentia de Accusatis haberi: Evidentia patratis sceleris non indiget clamore accusatoris. Notorium igitur crimen non requiri accusationem, aut probationem, leg. secunda, §. Si publico, ff. De Adulterijs, leg. Nullum, Codice, de Testibus, iolum sententiam postulat.*

Præterea iniquæ sunt Principum leges, quibus statuitur, ut bona eorum, qui naufragium patiuntur, sint fisci regij, vel alicuius alterius, neglectis, aut prætermis dominis. *Nauarrius in Manual. cap. vigesimo septimo, numero 117. Nam l. 1. Codice de Nauplagijs, libro undevigesimo, sic decernitur: Si quando naufragio nauis expulsa fuerit ad litus, vel si quando aliquam terram attigerit, fiscus meus se non interpolat. Quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam lucrosa compendium sectetur: Et cap. excommunicationi, de Raptori. habetur: Illi etiam qui Christianos naufragium patientes damnata cupiditate spoliant reb. suis, nisi oblatas reddiderint, excommunicatione se ueneri subiacere, & in Bulla legi solita in die Coenæ Dominicæ, Gregorius decimus tertius his verbis excommunicationem tulit: Anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumq. nauibus tempestate in transuersum, ut disculet, iactatis, naufragium passi, aut etiam submersi, siue in ipsis nauib. siue ex eis dilapsa, & in mari, vel littore inuenta, cuiuscumque generis batnam in nostra Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscumque aliis cuiuscumque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter fibi accepterint, aut ab alijs rapti, sena accepta, scienter receperint, ita ut nec etiam ob quodcumq. pruidelij, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.*

De hac excommunicatione Nauar. in Manual. cap. 27. n. 60. & 127. Quid dicendum de statuto Principum, quo decernitur, ut nauis sit fisci regij, si in ea post naufragium nihil vivum reperiatur? Respondeo, iustum non esse: quia ea nauis licet sit vacua, etiam tamen eius, qui naufragium passus est. Quid si Princeps statuerit, ut etiam modi nauis ad fiscum pertineat, si post certum tempus, ad publicam preconii vocem dominus non comparuerit? Respondeo, iure non posse fisco addici: sed eius pretium pauperibus dati debet in bonum domini, nisi eo indiget. *Respublica.*

Peccant etiam Reges lethaliter, qui cogunt aliquem subditum ad certum matrimonium contrahendum, vel impediunt a contrahendo. *S. Anonim. 3. par. t. 3. c. 4. §. 5. Vnde Synodus Tridentina, sess. 24. cap. 9. de Reformat. Matrimonij, sic constituit: Precipit sancta Synodus omnib. cuiuscumque gradus, dignitatibus, & conditionis existentibus excommunicationis pena, quam ipso facta incurvant, ne quous modo directo, vel indirecto subditos suos, vel quo cumque alios cogant, quomodo libera matrimonia contrahant.*

Præterea peccant Reges & Principes, qui ad Sacerdotia, vel Ecclesiastica beneficia, in quibus ius patronatus habent, præsentant eos, qui ætate & scientia, & moribus digni non sunt. *Nauar in Mansal. c. 25. n. 8.*

Si queras, An Regum sit prohibere, vel curare, ne Episcopi absint à suis Ecclesiis ultra tempus Canonico iure constitutum, ne item Ecclesiæ bona dissipentur: ne decimas fructuum, præterquam consuetas exigant, ne itidem Clerici arma gestent, ne prohibitas merces inuehant, ne ue extrahant, ne frumentum, quod ex suis anninis redditibus colligunt, carius vendant, quæ sit regia lege taxatum, ne disciplinam Ecclesiasticam infringant, defterant, vel negligant? Respondeo, haec & alia similia Regum non esse, quia laici in Clericos potestatem & iurisdictionem non habent, ut ostendi prima parte Institutionum Moralia lib. 5. c. 12. Si obijicias, in cas. principes. 23. qu. 5. dici: principes seculi non nunquam intra Ecclesiam postulatis accepta culminatent, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam minuant. Et in cap. Res autem, ibidem: res autem omnes alter rura esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent: *Ergo, Sacerdotia defensat auctoritas, & in c. Regum, ibidem: Regum officium est proprium facere iudicium at quo insitum, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupilliisque, & viduis, qui faciliter opprimitur a potentiis præberet auxilium: &c. Administratores, ibidem: Administratores plane secundum dignitatem, qui ad Ecclesiæ institutionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumq; refectionem constituti esse procedubio debent. Respondeo, ex his capitib; non colligi, laicos etiæ Principes vllā in Clericos iurisdictionem habere. Solus enim in huiusmodi decreto dicitur. Regum esse, tueri Ecclesiæ, Dei ministros, & Ecclesiasticam disciplinam, nimirum seruato iuriis Ordine, possunt corriger, & punire laicos, in quos videlicet iurisdictionem habent, Clericos non possunt. At possunt monere Romanum Pontificis, ut curet disciplinam Ecclesiasticam ab Episcopis seruati: possunt etiam monere Legatos Apostolicos, & Ecclesiæ Antistites, ut eorum cura & diligentia Clerici in officio & disciplina Ecclesiastica continetur.*

Si item opponas, in multis Regnis Christiani populi esse leges Principum de decimis soluendis, aut non soluendis, & de alijs Ecclesiasticis rebus. Iustinianus quoque Imperator multa confituit de Episcopis, de Clericis, de Monachis, & de Ecclesiæ bonis. Respondeo, ad primum, eas Regum & Principum leges, vel latas esse auctoritate Romani Pontificis: vel non valere, nisi summi Pontificis consenserit approbentur, vel confirmantur. Lex enim sine iurisdictione fieri non potest: at laici in Clericos, in Ecclesiæ, in ecclesiastica bona ius non habent: tametsi tanquam Romani Pontificis ministri, de his statuere queant: tunc enim id faciunt ex potestate sibi à Rom. Pontifice commissa & demandata. Quare leges supradictæ Iustiniani Imperatoris vim & locum non habent, nisi quantum iure Canonico aut Ecclesiæ auctoritate fuerint approbatæ vel confirmatae.

Si queras, An Regum & Principum sit inspectio in sacra tuendi magis, quam cognoscendi causa? Respondeo minime, haec enim Episcoporum & Sacerdotum est, quibus sacra commissa sunt. Regis est seruato iuriis ordine ecclesiæ patrocinium: Rex vt patronus, vt tutor, vel defensor, vim, fraudes, turbas, seditiones malorum hominum ab Ecclesiæ arteat, externa pacata & quieta reddat. Sacra Episcopis & sacerdotibus relinquat. Vnde August. tract. 11. in Ioannem: Pertinet hoc ad Reges scadui Christianos, ut temporibus suis pacata velim habere marrem suum Ecclesiæ. Leo primus ad Imperatorem Leonem. Debes Imperator incunctanter adiuvare regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ presidium esse collatum. Ambrol. in Epist. ad Valent. Cum enim omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis milistent, Imperatori terrarum atque Principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo & sacra fidei militatis. Atque militie primum sacramentum

est, tueri salutem, commoda & dignitatem eius cui militamus. Ila. 4. 9 art: Erunt Reges matriti tui, & Reginae matrices tue. Iterum: Edificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi.

Numquid Regum est curatio rerum diuinarum? Quidam fatentur & probant, quia olim cum apud Gentiles, Regnum & Sacerdotium erant duo munera coniuncta. Diogenis Pythagorici sententia fuit, in rege tria requiri, ut sit belli Dux, iudex & Sacerdos. De Numa dicit Lilius, *Tum Sacerdotibus creandis animum adiecit, quamquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime, quæ nunc ad Flaminem Dialem pertinet. Item Augustus Pontificem Maximum imperio iuuavit, & idem fecit cæteri Imperatores, qui simul Imperatores erant, & Summi Pontifices: tum etiam apud Hebreos David Rex sacra curauit & ordinauit, Cantores instituit, Sacerdotes reprehendit, quod humeris suis non in posuissent arcam Domini, & benedixit populo in nomine Dei. Salomon abiecit Abiathar, ne esset Sacerdos Domini, & posuit pro eo Sadoch Sacerdotem. Iosua duxit populum, & præscripsit Leuitus & Sacerdotibus, quando velarca Domini mouenda esset, vel populus circumcidens. Dicendum est, in ecclæsa Euangelica Christum Dominum diuissile Sacerdotium a Regno. Sacerdotibus commisit curam rerum diuinarum & sacrum. Quidquid ligauerit super terram: & reliqua dixit Apolstolis.*

Sunt igitur duo munera distincta in Ecclæsa: Ecclesiasticum, & Regium: huius est cura ratio rerum ciuilium, illius rerum diuinarum.

An Rex rata conscientia possit in regno permettere liberam religionem: hoc est, ut impune quisque colat Deum arbitratu suo? Respondeo, minime, nihil magis animos alligat, quam unus Dominus, una fides, unum baptisma. Ephel. 4. Solliciti feruare unitatem spiritus in vinculo paci. licentia non solum gignit & nutrit dissensiones, sed etiam auger atque confimat. Iulianus Apoſtata, seſe Ammiano, ut diſpōitorum roboraret affectum, dissidentes Christianorum Antistites cum plebe discisa, in Palacium intromisso monebat, ut ciuilibus discordijs consipitis, sua quiske Religioni seruaret intrepidus, quod agebat ideo obſtinate. Optatus Mileuita, & Augustin. epist. 166. aiunt de Iuliano: Eo modo putans Christianorum nomen posse perire de terra, si unitati Ecclæsa, de qua lapſus fuerit, inuidet, & sacrilegas diffensiones liberas esse permitteret. Nec est, quod obijicias Anastasiū Imperatorem, & alios Imperatores Christianos permisile liberam Religionem. Non admittimus huiusmodi exempla: quia contra, vel præter ius id fecerunt; rati eo modo plura & detiora mala cuitari: libera Religione impune permitta pax dirimitur, securitas eueritur.

Nec est, quod obijicias apud Paganos liberam esse Religionem vanam, & tamen apud eos pacem seruati. Respondeo, apud eos esse varias inanum Religionum sectas, cum pace, quia non sunt apud eos publica conciones, quibus alij aliorum sectas confutent, aut hi vel illi dicant suam sectam esse ad salutem æternam necessariam, & nullum in alia secta saluum esse posse.

An Rexta conscientia queat permittere, ut in diuinis, siue in religione aliquid quis innouet? Respondeo, hoc esse munus summi Pontificis, videlicet curare, ne quis in Religione aliquid innouet: ipsius est, interpretari declarareque ea, quæ sunt in Religione obfcta, ambigua & dubia. Nihilominus Christiani Reges, ut patroni & defensores Ecclæsa curare debent, ut confuso Romano Pontifice, & admonito arceantur religionis innuatorum Ioseph. lib. 11. contra Appionem. Apud Atheniensis lex era, ut eos qui verbulum effarentur præter leges, de Deo receptas, fine villa venia Magistratus punirent. Apud omnes gentes eiusmodi innuatorum coerciti & puniti sunt. Apud Graecos Socrates & Pythagoras damnavi: Anaxagoras & Arifortoles accusati. Quoties, inquit Lilius libto 39. patrum auoriumque atate negotium Magistratus datum est,

*ns facit*

*ut sacra ex terra fieri veterare... In Concil. Tolosan. 6. sicut habetur: Ut quisquis succendentiam temporum Regni fortiretur a pie, non ante consideret Regiam sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta polliceretur, non permisurum se degere, in Regno suo eum, qui non est Catholicus. Si vero postquam ad regni gubernacula accessisset, huius ipsius imperator exsisteret promissi, esset anathema Marianum in conspectu semperni Dei, & pabulum efficeretur ignis eterni. Extat in Codice titul. de hereticis, & alijs titulis multas leges contra Arianos, & alios hereticos constituta, videlicet Constantini Magno, Theodosij Senioris, Arcadij, & Honorij, & Theodosij Iunioris. Dion Cassius li. 52. Eos vero, qui in diuinis aliquid innovant, odio habe, & corere, non Dei solum causa, quem tamen, qui contemnit, nec aliud sane magni quidem fecerit, sed quia noua quadam numina hi tales introducentes muleos impellant ad mutationem rerum. Vnde coniurationes, seditiones, conciliabula existant, res profecto minime conducibiles principatu. Et de Religione inani, & falsa Deorum loquebatur Dion Cassius. Laetan. li. 5. c. 20. Nihil est in rebus humanae Religione praestantius, eamque summa vi oportet defendi. Et li. 4. Int. c. vlt. Religio unita Dei tenenda est: nam hic est fons veritatis, hoc domicilium fidei, hoc templum Dei; & si quis non intraverit, vel a quo si quis exiuerit, aesse vita & salutis aeterna alienus est.*

## CAP. VII.

## De Principibus.

Primo queritur, Quinam appellatione Principis intelligatur in iure? Respondeo, cum Glo. in c. Fundamenta. §. Prinde, in verbo Princeps, de elect. in 6. Principem dici eum, qui primum locum haber. Princeps aliquando late sumitur: ut dicit Cardinalis in Clem. i. de Testib. in 2. Notabilis: & tunc Princeps dicitur quilibet, qui primum locum tenet: ita ut ipsi etiam Imperatores, & Reges Principes vocentur, & ut ait Alexander in c. Luxuriosa. §. Ecclesia, dist. 35. etiam ipsi Ecclesiastum Antistites dicuntur principes: Immo viri primarij, quicunque sint illi, principes viri nominantur, id est, primi inter alios. & amittunt etiam Princeps aliquando pro filio primogenito Regis, ac ita Primogenitus Regis Angliae dicitur princeps Vallis. Primogenitus quoq; Legionis, & Castellæ, Portugallie, Scotie nominatur princeps, sicut Primogenitus Regis Francie vocatur Delphinus, quia cuius est Delphinatus. Aliquando vero principes appellantur, qui ciuitatis alieuius vel Provincie administrationem habent à Rege, & ita olim Regno Neapolitanio ij, qui ab Imperatoribus Graecorum preficiebant certis ciuitatibus, vel populis, vocari coepit more Graecorum: qualis olim fuit Princeps Cupuanus, Princeps Tarentinus, Princeps Salernitanus. Et hinc est, ut in eo Regno sint multi Principes, cum tamen in aliis regnis pauci intuentur.

Aliquando Principis nomen cum tantum significat, qui supremam habet potestatem in ijs prouincijs, & populis & gentib; quib; præf: sic Imperator, Rex, Summus Pontifex, Princeps vocantur: sic sumitur, cum diximus: Principis est, ultimas testatorum voluntates iustis de causis mutare: Principis est, moneram eudere, bellum hostib; indicere, iudicium gerere.

Secundo queritur, An Princeps sit prærogativa honoris, & dignitatis maior Duce, Marchione, & Comite? Respondeo, esse maiorem. id docet Paris in trattatu de Remilitarili. 7. §. An Princeps.

## CAP. VIII.

## De Ducibus.

Primo queritur, Quis proprius sit, & nominetur Dux? Respondeo: Duces appellabantur, qui summum in militia imperium obtinebant: qui si commissio prælio victoriæ consequerantur, Imperatores conclamatione mili-

tum vocabantur. Vnde Luius lib. 9. Iam primum ut ordinar, inquit, à Ducibus comparandis, haude quidem ab uno egredium ducem fuisse Alexandrum. Sic ille. Interdum autem Dux appellatur, cui pars Imperij ab altero superiore mandata est. Cicero Officiornis tertio: M. Attalus Regulus cum Consuliteram in Africa ex insidijs captus esset Dux Xantippo. in l. Comentorium ff. de Partu. publica conuentio est, que fit per pacem, quoties inter se duces belli quædam paciscuntur. Sic à Cesare Duxes sive appellantur, qui Legati ipsius erant, & Imperatore abiente suum potestatem habebant: ut Labienus apud Caesarum lib. 6. de Bel. Gallico, cuius haec sunt verba ad milites: Prestate eandem nouis ducibus virtutem, quam sapienter Imperatori præstisisti. Atqui hi nonnunquam Consularibus insignibus vobantur, & potestane dimitti ab Imperatore ignorinie causa, ut scribit Vlpijan. l. 2. ff. De his qui notam infra misia. Tacitus de Moribus Germanor. Reges, inquit, ex Nobilitate, Duxes ex virtute sumunt: nec Regibus infinita, aut libera potestas: & Duxes exemplo potius, quam Imperio: si promitti, si conspicui, sicut aciem agant, admiratione præstant.

Aliquando Duxes dicebantur, qui summum quidem Imperium obtinebant. Comites vero ij, quibus Imperij pars mandata era. Cicero in Oratione pro Marcello: Huius autem rei, inquit, Cesarem alloquens, tu idem Dux et Comes. Postea vero Duxes dicti sunt, quibus Rex, aut populus Regionis alicuius administrandæ potestarem dedid. Saco libr. 3. Quelibet prouincia Theutonica terre suum habet Palatinum, Saxonia, Bavaria, Franconia, & Saxonia, que anequam à Romanis superarentur, regna fuerunt, à quibus ipsa in Ducatus nomina fuerunt permutata. Caroli Magni tempore Duxes dicebantur, quibus duodecim Comites suberant. Theodulphus in Anno 849. Tasselonem, inquit, in Ducatu Baioriorum colleauit, per summum beneficium: Gryphonem vero partibus Nenfrisia misit, & dedit ei duodecim Comitatus. Eum locum imitatus Aimonius lib. 4. c. 61. Tasselonem, ait, in Ducatum restituit. Gryphonem vero more Ducum, duodecim Comitatus donauit. Duxes itaque sunt Regionis vel Prouinciarum praefecti, sive praesides. Greg. Turon. lib. 9. c. 7. Cum Ducatum urbium Thronica, atque Pisanij administravit: adhuc, & Vici Italiensi atque Bernarda urbium Principatum accepit. In lib. Feudorum, tit. Quis datus Dux, Marchio, Comes c. i. legitur: Qui à principe de Ducato aliquo inuestitus est, Dux solito more vocatur. Duxes olim apud Romanos dicebantur ho nomine militum duxes: at vero ab Imperatoribus Romanis, præsertim à Carolo Magno, & posteris, qui deinceps sunt consecuti, Duxatus nomine, dignitas regalis est, quæ à Rege, sive Imperatore conceditur, appellari copit.

Secundo queritur, Quanta sit Ducum antiquitas, & quæ origo eorum prima? Respondent quidam Blondum secuti in descriptione Marchie Tarufinæ, Longobardos Reges sive primos, qui Duxum dignitatem, & titulum in Italiam introduxerunt: Vnde postea in ipso Rōmano imperio remansit, & inde ad alia Christianorum Principum regna manauit. Sed ex historijs constat Narsetem, qui post Belisiatum à Iustiniano Imperatore missus est in Italiani, ut eam administraret, se vocasse Ducem Italie, ut ex Sigonio patet lib. 1. de regno Italiae.

Et deinde Longinus, qui fuit primus Exarchus ab Imperatore Constantino politano missus, ut eam Italia partem, quæ Imperatori parceret, gubernaret, non se Duxem, sed Exarchum appellauit, instareius, qui toti Africæ Imperatori iubiebat præferat, & Exarchus Africæ dicebatur. Et cum Longinus sedem suam Ratennæ, non Romæ locasset, prouinciarum, ut Sigoniuss ait, Consularibus, Correctionibus, Præsidibusque sublati singulæ ciuitatibus singulos Duxes imposuit, & varios eis ad reddenda iura Iudices assignauit, misisque Romanum præfectum, qui Urbem administraret: & hunc vocauit Duxem Romanorum, & inde tota ea pars, quæ huic Duci patet, dici copit Ducatus Romanus, ita ut ex eo tempore, moneta etiam genus quoddam Ducatus dictum sit Ducatus Ro-

tus Romanus. Longobardi itaque eo tempore Italiam invaserant, à Naricte in eam Provinciam euocati: in qua Ducatus quatuor insignes, & primarios constituerunt. Nam Foro Iulij capto, primum Ducatum Foro Iuliensem Alboinus primus Rex Longobardorum instituit, quem Guisulpho nepoti concessit Anno salut. D LX VIII. Deinde idem Rex Alboinus in Umbria cepit Spoleto: in qua secundum Ducatum Spoletanum creavit, & in eo Ducatum Faroaldum constituit, qui fuit Primus Dux Spoletanus Tertius Ducatus fuit Beneventanus. Nam Authoris, tertius Longobardorum Rex Benevento expugnato, totum Samnum in Ducatus formulam rededit, & Beneventi Zononem primum Regem instituit. Anno Domini D. LXXXVIII. *teſte Sigenio.* Quartus Ducatus, ut testatur Blondus, fuit Taurinensis. Fuerunt deinde alij Ducatus instituti, videlicet, Perusinus, Romanus, Tuscius, Campanus.

Carolus Magnus, deuictis Longobardis, eorum Regnum, in Italia sibi vendicauit, & Ducatus, à Longobardis, in Italia constitutos, Patriis viris concessit. Et cum Longobardi antea Ducatus darent ad vitam eorum, quibus dabant, non perpetuo ad eorum posteros transiit, nullum in eis ius filij, & nepotib. concedebant, ut *Blandus* scribit. Carolus Magnus caput dignitatem concedere, eo iure, ut transiret etiam in posteros, ita tamen, ut Duces iurciendo se Imperatori obligarent. Et hinc nati sunt feudorum vii: quod institutum seruarunt postea qui Carolum Magnum Imperatores consecuti sunt, & Germanorum Reges. Vnde temporib. Caroli Magni, & posteriorum eius, & deinde Germanorum Regum creati sunt multi Duces per Italiam, Galliam, & praetertim Germaniam, in qua sunt multi ducatus, quorum est origo antiquissima.

Tertio queritur, An Dux honoris, & dignitatis prerogativa sit maior Marchione, & Comite? Respondeo, maiorem esse: nam *li. secundo Feudorum sit.* Quis dicitur *Dux.* *c. secundo.* tres dignitates ponuntur, & primo loco Dux, deinde Marchio, & tertio loco Comes numeratur. Coram Rege Dux maner coopto capite, & subsellium habet, cum tamen Marchiones, & Comites aperto capite, & stan tes sint. Aliqui item Duces diadema & coronam habent, quam accipiunt cum inauguranter.

Quarto queritur, An Duces sunt Regib. subiecti? Respondeo, inter Duces quosdam esse, qui supremam in ciuilib. & temporalib. potestate, & iurisdictionem, instar Regum habent: & hi Regib. subiecti non sunt. Alij Duces sunt Regib. subiecti, tales sunt multi Duces in Gallia, & Duces in Castella, Aragonia, Portugallia, Betica, item in Sicilia, in Regno Neapolitano, in Anglia & Scotia. Primi geniti Duces in sua ditionis locis id possunt, quod est Regum, quia alium in ciuilib. & profanis superiori rem nec habent, nec agnoscunt. Secundi vero generis Duces supremam non habent potestatem, sed restrictam, tantam videlicet, quantum ipsi Reges concedunt: vnde ea non possunt, quae sunt Regi, vel supremis Principibus reseruata.

Quares, vtrum ea possint vi prescriptionis, aut consuetudinis longo temporis decursu firmata? Respondeo, non posse, quia noluerunt Reges, vt ea sibi Duces acquirerent, nisi iporum priuilegio; quare ius non habent iudicandi, vel gerendi bella, cedendi monetam, vestigalia imponendi: Immo etiam si Rex liberam illis facultatem concedat, quae vestigalia imponant, ea facultas finita, & extincta censetur, si semel imposuerint, nisi Rex aliud expresserit. Quo sit, vt nequeant illi subditis noua vestigalia constituere, vel antiqua augere.

Quinto queritur, Quorumnam sit Duces creare? Respondeo, Imperatorum, Regum, & Romanorum Pontificum, praesertim in locis, & provincijs Romana Ecclesia temporali potestati subiectis. At vero quidam Duces sunt qui electione, & suffragio constituntur, ut Dux Venetiarum, Dux Genuensium: hi vero Duces suprema potesta-

te, & iurisdictione carent, quia ea est penes Reipublicam, sive Senatum: habent tamen prerogativam honoris in Senatu cogendo, & dissoluendo, in sedendo, & in alijs plenisque.

## C A P. IX.

## De Marchionibus.

Primo queritur, Quinam sint & dicantur Marchiones? Marchio dictus est à marchia: sive marcha: & marcha, limitem significat à marchi Germanicae vocabulo, quo limes designatur. Regino libro secundo Chronici, in Anno D C C LXXXVIII. Postbac Carolus, inquit, *Ratisbonam venit, ubique marchas, & fines Baiuariorum diffinit.* Aimonius libro quinto. *Ludosius Neostriam marchias suis habebet, & Carolemannus Burgundiam & Aquitaniam marchias suis obtineret.* Albertus Crantzius in *Vandalia*, libro tercio, capitulo decimo sexto. hoc vocabulum existimat deducendum esse è vulgari Saxonum lingua, apud quos marchia significat districtum vnius ditionis. Scribit Pausanias, libro decimo, Gallos equestrem pugnam instituisse, ut singulos equites selectos equis sequerentur alij duo, qui domini equo occiso, suum submitterent, quique Domino, & sibi inuicem auxilio, & supplemento essent: Et hanc equestris pugna institutionem vernacula lingua ipsi Galli vocant *Trimarchiam*, quod singuli equites constarent ex tribus. Equum enim ipsi marcham appellant. Vnde nunc etiam Brittones, qui priscam linguam Gallicam retinuerunt, simul & Britanni Montani, quos Angli *Vallis nominant, equum, marcham dicunt.* Et ita in *I. Baiuariorum* habetur: *Si equus est, quem march. dicimus: & in alia lege: Si quis aliquem de equo suo depoferit, quem march VVallis vocant.* Et in *I. Alemannorum*: *Sitalem equum inuenaueris, quem Alemanni march dicunt.* Marchio igitur est is, qui limiti certo regni, cum imperio praefit. Est enim vox Francorum & Germanorum, Aimonius libro quinto, capitulo undecimo. Reliqui Marchiones, qui fines regnauerint, & hostium arcerent incursus. Aimonius libro quinto. *Robertus Comes Parisiorum, frater Odonis Regis, Marchio Francorum vocabatur.* Albertus Crantzius in *Vandalia*, Marchiones appellant, Praefides prouinciarum, & nomen ait esse Saxonum, & ab alijs nationibus vñfatur. *Sic, inquit, dicitur est Marchio Misnensis, Palensis, Styria, Moravia in Germania; & in Italia, Marchia Tarnifina, Anconitana, Manuana, Ferrarensis.* Ex his intelliguntur, que interpretes de Marchionibus tradiderrunt, In libro secundo Feudorum titul. *Quis dicitur Dux, Marchio, Comes, habetur. Qui vero de Marchia à Principiis inuestitus est, Marchio dicitur.* Dicitur autem Marchio, quia marcha, ut plurimum iuxta mare sit posit. Alciatus in *Tract. de singulari certamine, cap. trigesimo secundo*, ait, Marchionis nomen Gothicum esse, ac proinde valere, ac si Magistrum equitum dicamus, quia marcham Germani eum dicunt, & marchare, equitare. *Vldaricus Zafus in tract. de feudi par. quint. principali numer. quarto. putat, marcham, vocabulum esse Gothicum, & significare Praefectū limitum.* Romani etiam Imperij limites constituerunt, in quibus aduersus hostes milites, & eorum duces excubabant: quibus concessum est, ut sibi acquirerent, quae de hostibus caperent. Sed certe Marchionis nomen est, non antiquum, sed nouum à Longobardis, aut certe post Feudorum iura, & vñs inuenctum: is enim, qui in Provincia iuxta mare sit preficiebat, Marchio vocari cœpit. Postea vero factum est, ut Marchiones dicantur, qui vni ciuitati, vel oppido præsunt.

Secundo queritur, Vtrum Marchio, honoris & dignitatis prerogativa sit Comite maior? Ex c. 1. r. *Quis dicitur Dux, Marchio, Comes, li. 2. Feudorum conflat, Marchionem Comiti præcellere: primo enim loco ponitur Dux, secundo Marchio, tertio Comes.* Ordinis enim litteræ ratio habe-

habetur in Iure, nisi aliud exprimatur, *grisea Baldus Et ceteri Iuri Interpretates*. At teste Chassaneus in *Catholico Gloria mundi part. quinti. Consideratio. 47.* in Germania & Gallia Comites Marchionibus praeferuntur: quod verum secundum est in viuenerum, dubium mihi est: id enim fortassis in quibusdam Comitibus locum habet: cuiusmodi sunt Comes Flandriæ in Belgio, Comes Campaniæ, & Comes Burgundie in Gallia, & Comes Palatinus, vnu ex Electoribus Imperatoris: In Italia vero, Sicilia, Hispania, Anglia, Scotia, Regno Neapolitanu Marchiones Comitibus anteruntur. Si quis item Marchio sit simul, & Comes, prior est eo, qui solum est Marchio: nam quemadmodum duo vincula arcuū ligant quam vnum, sic duæ dignitates potiores sunt vna. *Iason in L. re coniuncti, ff. de Legatu 3. num. 17. & seqq.*

## C A P V T X.

## De Comitisbus.

**P**rimo queritur, Qualem dignitatem Comes habeat? Respondeo, Comitus nomen aliquando esse generale: vnde Comites dicebantur, qui Imperatore vel Regem comitabantur in bello. Fouere item Comites sacarum largitionum, & rerum priuatarum Comites, & Sacri Palati, & Comites Orientis. Item Comites erant, qui Provincias administrabantur. Sunt & Comes Palati, qui ab Imperatore, vel à Romano Pontifice ius, & potestate habent aliquos legitimis natalibus restituendi, vel creandis tabelliones, vel dandi tutores. In praesenti vero, Comes est, qui speciale dignitatem habet ab Imperatore, Rego, vel Romano Pontifice. Vnde cap. primo titul. *Qui dicitur Dux, Marchio, & Comes, lib. 2. Eboracorum*, habetur: *qui vero de aliquo Comitatu in usitatis est, Comes appellatur.* Et Comes dignitatem via cum administratione, & iurisdictione habet. Comes item Baronii praeferunt, & Regalem dicitur dignitatem habere, hoc est, quam Rex, vel Princeps concedere solet. Chassaneus in lib. sup. cit. Rex, inquit, *habet sub se decem Duces, decem Marchios: Marchio habet sub se decem Comites: Comes decem Baronies: Baro, decem Feudatores.* Sed hæc modo in vnu non sunt, sed sunt, & fuerunt Reges, qui nullos sub se Duces habuerunt: & sunt Dukes, quibus multi Comes parent, & alij, qui nullis Comitibus præfunt: & sunt Comes, in quorum ditione, & potestate sunt alij Comes: in his enim dignitatibus, multa vñus, & consuetudo mutauit, & quotidie mutat: quare consuetudini standum est.

**Q**ueritur, Qui Comitum nomine intelligentur? Comites apud veteres ij dicebantur, quib. pars Imperij cum potestate demandabatur. Vnde Comites appellari coepiunt, qui Proconsules, Procuratores in Provincias eunes comitabantur: vel Senatus, vel ipsorum Magistratum voluntate, & iudicio erant eorum in publicis negotiis adiutores, & administrati: cuiusmodi sunt *Quæstores, Legati, Scribæ, Accusij.* Postea vero Comitum nomine iurisperit Provincialium Magistratum. Assessores appellati sunt: quos Magistratus arbitrari suo delecto secum deducebant. Vnde Paulus l. duodecima, § primo ff. de vacacione, & immunitatibus: *Comites Praesidum, Proconsulum, Procuratores ut Caesar à munib'bus, vel honoribus, & tunc vacant.* Idem etiam in l. *Senatusconsulto ff. de offi. Praesidis, & Administrantis ff. de excusas, suele, & l. diem functio ff. de offi. Assessor. Suctio*ne, *de Iulio Cesare cap. 42.* Plinius libro nono, *capitulo trigesimo.*

Comites sacarum largitionum, quorum frequens mentio est in *Inscriptionibus variarum Constitutio*nium in Codice Insinianeo, & Theodosij: ij erant, qui thesauri sacris, id est, Imperatori, & Augustalibus pecunij præterant: qui quidem liberalitatis, & donorum curam gerebant: ut docet Caffiodor. lib. 6. de *Comitus sacrarum largitionum*: qui etiam dicebantur Comites sacri Palati.

Comites rerum priuatarum, quorum fit mentio in l. 3. C.

de bonis vñcanis, lib. 10. & l. vii. C. de petitio bonorum subditio. redem lib. erant Gubernatores priuatae substantiae Principis, ut colliguntur ex Caffiodor. lib. 6. in Formulis.

Comes faci patrimonij, cuiusfit mentio in rite de officiis Comiti sacri patrimonij in Codice. is erat qui patrimonium Principis curabat. Caffiodor. lib. 6. in Formulis.

Comes facti Palati, præterat Palatio Imperatoris l. 1. C. de Comitib. sacri Palati. Caffiodor. ibid.

Comes faci stabuli, erat equorum praefectus & rector, nunc vulgo Comesstabili dicuntur. Almonius lib. 3. ca. 70. *Londensis lib. regalum Propositus equorum*, quem vulgo Comesstabilem vocant. Regino libro 2. eadem anno *Bucchari* dum Comitem stabulista, quem corrupte Comesstabilem appellauit, cum elasse misit Clasicam.

Comes militum in l. 1. C. de officiis Vicarij, & Lncmo. C. de Assessor. militibus præterat. Et in patribus Orientis duo erant, vnu per Egyptum, alter per Iauriam.

Comes horreorum in l. 1. C. de Pistoribus lib. 11. erat Curator pistrini Principis, habebatque mancipia quadam Purgandis horreis adscripta, coquendoque panis Principis.

Comes Archiatrorum l. 1. *Qui à prabita tyro. C. Theodosij:* de eius dignitate scribit Caffiodor. lib. 6. Variarum, vbi dictum munus, & officium explicat.

Comites auri, Comites formarum, riparum, fluminum, quorum omnium fit mentio in lib. 11. & 12. Cod. Caffiod. lib. quem proxime ante memorauit.

Comes commerciorum in lib. 1. de Annona, & caritate. leg. 2. C. *Que res vendon non possint:* is erat, qui negociationes curabat, & commercijs præterat: cui licebat servicium à Barbaris comparare.

Comes domestico rum in l. de festi unda. C. de Adiutoriis diversor. iudicium, l. numerum. C. de decuriebus. libro decimo, præterat domesticis, & vnu erat Comes equitum, alter pedum.

Comes domorum is erat, sub cuius iurisdictione erant plurimi coloni & inquilini domorum & possessionum multarum, que ad Principis patrimonium pertinebant.

Comites scholarum l. 3. C. de officiis Magistri. Extas tñ de Comit. *de Tribunis scholarum in C lib. 12.* hic erant, ad quos scholarum gubernatio pertinebat.

Ex his perspicuit, quo modo intelligenda sint, quæ de Comitibus scripserunt Iuriis interpretetes, quæque nos ha- stenus diximus.

## C A P . XL

## Quedam generatim de Ducibus, Marchionibus, &amp; Comitisbus.

**P**rimo queritur, Auq' sunt supremo Principi iuste communi reserata, ea possint inferiores Principes, Duces nempe, Marchiones, & Comites, ex prescriptione, vel consuetudinis, sibi acquirere: Respondeo, posse prescripione, & consuetudine firmata longissime temporis decursu, cuius initij memoria non extet: alioquin non posse. *Abbas in cap. sept. quibusdam, de verbis signif. num. 1. & in cap. oct. de Consuetudine, Antonius de Insula* ibidem. Vnde colligit Panormitanus in predicto capitulo. Super quibusdam, posse Dominos inferiores, & ciuitates præscribere sibi potestatem, & ius restituendi legitimis natalibus, & famæ: creandi tabelliones, & concedendi aita similia, quæ sunt referuata Principi, si prescriptio fit confirmata longissimi temporis lapſu, quod hominum memoriam excedat. Hor idem docent cum Abate Silvester in verbo *Gabella, certa, quistione secunda, numero quarto. Tabicensis in verbo. Pedagia, questione prima, numero secundo*, nam prescriptio, & consuetudo longissimi temporis processu munita, cuius initium in memoria hominum non est, ius & titulum dat, & priuilegij vim habet. *Glossa in capitulo præfato super quibusdam, in verbo: Non exeat, Abbas, ibidem, nu-*mero

mero octauo. Ioannes Andreas in capitulo secundo, de præbend. Hoc autem locum habet in his, in quibus aliquis est capax potestatis & iurisdictionis, in alijs non item, testibus Abbatie, & Ioanne Andrea in locis supr. citat.

Is enim qui ciuiliter possidere non potest, nec etiam præscribere potest: Et ideo laici vi præscriptionis sibi non acquirit ius, & potestatem in his, que spiritualia sunt. Quare, ut ibidem proxime dicti Autores affirmant, post pacem Constantiae compotantur inter Imperatorem Henricum, & ciuitates Italiae, multæ ciuitates sibi compararunt mixtum, & merum Imperium, quem sit unum ex his, que Principi referuantur.

Hinc etiam est, ut pleraque ciuitates Italiae, & earum Domini acquisierint ius noua vesticalia imponendi, & antiqua augendi: cum tamen hoc non possit, nisi Princeps, ut fuisse alio in loco dicemus.

Secundo queritur, Quorum sit Duces, Marchiones, & Comites creare? Respondeo, esse Imperatorum, Regum, & Romanorum Pontificum: ac ideo prædictæ dignitates, Regales esse dicuntur, quia nimis cas dare, supremi solum Principis est.

Potest itidem Imperator, & Romanus Pontifex, vel Rex, in sua ditione alicui concedere nomen, & titulum Magni Ducis, vel Magni Marchionis, vel Comitis: ita tamen, ut id fiat salvo, & integro iure cæterorum Ducum, Marchionum, & Comitum, nec enim Princeps creditur cuiquam priuilegium concedere, quod iuri cæterorum noceat.

Item, prædictæ dignitates aliquando conceduntur à Principe, nomine, & iure feudi, cap. i. de his qui feudum dare possunt, & lib. i. Feudo, vbi legimus. Feudum dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Propositus, si antiquitus eorum fuerit feudum dare. Marchio & Comes feudum dare possunt, qui proprii regni vel Regis Capitanei dicuntur. Et cap. i. ttt. Quis dicitur Dux, &c. lib. 2. Feudorum, Dukes, Marchiones, & Comites dicuntur à Principe feudum accipere.

Aliquando vero ex dignitate nomine, & iure feudi non habentur: cuius generis sunt ij Duces, Marchiones, & Comites, qui superiorum in Ciuitibus nec habent, nec agnoscunt, nec urbem, oppidum, castrumque cui præfunt, ab illo accepunt: quamquam existimo, Duces, Marchiones, & Comites olim ab Imperatoribus, vel Romanis Pontificibus beneficiarios, & tributarios, & vivocant, Feudatarios esse constitutos: postea longissimi temporis lapsu feudum solvere desijisse ipsi Imperatoribus,

Romanis Pontificibus conniventeribus,  
tacentibus & nihil pertinibus.

Finis Libri Undecimi.

# IOANNIS AZORII LOR. CITANI E SOCIE- TATE IESV,

## I N S T I T U T I O N V M M O R A L I V M Pars secunda:

### LIBER DVODECIMVS.

*De Charitate in Deum quadam breuiter dicuntur.*

### CAPUT I.



Actenus, Deo bene fauente, egi de Charitate, quæ parentibus naturalibus, spiritu alibus, ciuilibus, & consanguineis, sine cognatis, debetur: Reliquum est, ut nunc agam de Charitate, & Amore, quo quisque suum Proximum prosequi debet. nam ad quartum Decalogi præceptum reducentur officia Charitatis in proximum.

Antequam vero de Charitate in Proximum dispergo, pauca quadam repeatam de Charitate, qua Deum amare ex toto corde debemus.

Primo queritur, Quænam ratio sit, qua Deus charitate, ex toto animo & corde diligit? Scholastici Theologian, distinet. 27. queruntur his verbis: Quæ fieratio, sub qua Deus est charitatis obiectum: Conuenit inter omnes, Deum esse obiectum Charitatis, ut est primum, & summum, infinitum, ac immensum in se, & ex se, & per se Bonum. Vnde charitate diligatur Deus secundum omnem rationem absolutam, & relata, quæ est in se, ex se, & per se bonus. Dixi, secundum omnem rationem bonitatis absolute, & relata, quam habet in se, ex se, & per se, absque comparatione vilia, ad res creatas: nam charitate diligimus Deum non solum iustum, sapientem, omnipotentem, sed etiam Deum Trinum & verum, Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: & hic amor est amicitez, & benevolentie, quia amamus Deum propter ipsum, non propter nos. Quare Amor est concupiscentie, non benevolentie, & amicitez, cum Deum diligimus ut creatorum omnium, gubernatorem, conservatorem, redemptorem, salvatorem, & datorem gratiarum, & gloriae sempiternae: tunc enim diligimus Deum ad bonum nostrum.

Dices: Quomodo ergo S. Thomas prima secunda quest. 109. artic. 3. ad 1. ait: *Charitas diligit Deum secundum quod est obiectum beatitudinis*? Respondeo, S. Thomas sensum est, Deum esse charitatis obiectum, secundum omnem rationem absolutam & relata, quam habet in se, & per se: non enim significat, Deum esse obiectum charitatis, ut est beatitudinis & gloriæ largitor & dator, sic enim Deus est obiectum Amoris concupiscentie, non benevolentie.

Secundo queritur, An ad amandum Deum super omnia, & propter ipsum, & plus quam omnia, ponenda sit virtus quadam charitatis naturalis? Minime, quia virtus non ponitur nisi vbi in moribus aliquid est difficile, & arduum: ut scilicet S. Thomas part. prima, quest. 60. articul. 1. & prima secunda, quest. 109. artic. 3. diligere Deum super omnia, hoc est, ut est primum, & summum in se, & per se bonum, naturale est: ergo non eget homo virtute ad Deum su-

Scot. 1.  
d. 27.  
q. 1. art.  
2. Gé.  
ibid. q.  
art. 1.  
dub. 3.

per